*Geschrieben von H 1, der abweichend von der Gewohnheit nur die Worte In nomine in Elongata gesetzt und sich ausgerechnet im Namen des Ordens (Cistarcienti, Anm. a) verschrieben hat. Aufbau und Gestaltung des Formulars widersprechen gänzlich dem Kanzleigebrauch; offenbar handelt es sich um zisterziensisches Empfängerdictat. Besonders auffällig ist die an die päpstlichen Privilegien anklingende Adresse mit direkter Anrede des Abtes und in perpetuum. Kanzleifremd sind das Wort nos vor dem Herrschernamen, aber auch die Arenga und die eigentümliche Beglaubigung am 30  
 Schluß mit der Wendung sacri imperii sigillo et protectione zur Ankündigung des königlichen Siegels. Ungewöhnlich ist auch die Aussage, daß der Herrscher neben den Gebeten auch an den Gütern des Klosters Anteil haben solle (ut omnium orationum et bonorum monasterii nos et antecessores nostri participes simus). 35*

**BB 18** <sup>c</sup> anschließend radiertes s A <sup>d</sup> auf Rasur mit anderer Tinte <sup>e</sup> auf radiertem langem s und weiterem Buchstaben <sup>f</sup> Syrus – iudex von späterer, wohl neuzeitlicher Hand unterstrichen, von derselben Hand und Tinte stammt möglicherweise ein auf Sirus Salimbene bezüglicher Dorsualvermerk des 17./18. Jh. <sup>g</sup> zwei Einschnitte in der Plica.

**BB 18** <sup>1</sup> DFI. 100 <sup>2</sup> Urkunde der Könige Hugo und Lothar von [939] Juli 23, vgl. Vorbem.

Zur Geschichte des Klosters Cerreto im 12. Jahrhundert vgl. immer noch die ausführliche Darstellung von Agnelli, *Arch. stor. per la città di Lodi* 30, 112–124 und 145–164 sowie 31, 3–8 und kurzgefaßt ders., *Lodi* 428, sodann Caretta, *Nascita del Cerreto* 68 f., Menant, *Campagnes lombardes* 349 mit Anm. 162 und Comba, *Monaci bianchi* 530. Zu den Besitzungen in Plazano (Corte Palasio) vgl. Agnelli, *Arch. stor. per la città di Lodi* 30, 151–157, Caretta, *Exercitus fossati* 78, Previato, *Corte Palasio* 32–34, Menant, *Lombardia feudale* 263 f. und Comba a.a.O. 535 sowie *It. pont.* 6/1, n° 11 und 13 und Grossi, *Liber iurium* 156 n° 68. Zu Rubbiano vgl. Menant, *Campagnes lombardes* 355 Anm. 188. Die in den *Liber iurium* von Lodi eingetragenen Urkunden für Cerreto ed. Grossi, *Liber iurium* n° 65–114. 5 10

x In nomine x sancte et individue trinitatis. Nos Heinricus sextus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus tibi, in domino dilecte Dyonisi abbas de Cerreto, et fratribus tuis tuisque successoribus in perpetuum. Quoniam ad regiam maiestatem spectat religiosorum personas et loca debita reverentia honorare et vallare quiete, ut, qui se ac sua deo dicaverunt, libere tam pro vivis quam pro mortuis universoque imperio nostro orare valeant, postulationibus tuis dignis pro salute nostra et antecessorum nostrorum et regali honore libenter annuimus statuentes ac precipientes, ut nullus a te et successoribus tuis seu fratribus in tuis causis iuramentum calumpnie exigat, sed te et fratres tuos in hoc, quo nunc es, ordine Cistarciensi<sup>a</sup> semper illo fore absolutos omnibus innotescat, addentes etiam, ut nulli de vassallis monasterii tui de feodo, quod a monasterio tenetur, alicui vendere vel donare seu in feodum aut cambium per fraudem dare absque licentia tua et fratrum in supradicto ordine existentium liceat. Et si quis de ipsis vassallis monasterio tuo de ipso feodo vendere vel pro elemosina dare voluerit, nullus fratrum vel parentum vassallorum<sup>b</sup> eorundem prohibere valeat. Preterea ut omnium orationum et bonorum monasterii nos et antecessores nostri participes simus, quicquid in territorio Cerreti, Plazani, Rubiani habetis, et omnes possessiones vestras cunctaque bona, ubicumque fuerint, vobis sacri imperii sigillo et protectione in perpetuum confirmamus<sup>c</sup>. 15 20 25

Dat. Laude anno domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup>VII<sup>o</sup>, indictione V<sup>a</sup>, VIII<sup>o</sup> kal. aprilis. 30

(S.P.D.)<sup>d</sup>

### BB 37

Heinrich nimmt gemeinsam mit seinem Vater das **Hospiz** auf dem **Großen St. Bernhard** mit allen Besitzungen in seinen Schutz.

Mailand, 1187 März 30. 35

Abschrift des 16. Jh. in Turin, *Archivio di Stato, Materie ecclesiastiche, Abbazie: Gran San Bernardo, mazzo I fasc. 5 (D)*. – Abschrift von 1793 des Laurent-Joseph Murith in den *Archives de la Congrégation des chanoines du Grand-Saint-Bernard, Archives historiques du Grand-Saint-Bernard* n° 187 (E). – Abschrift des 18. Jh. ebenda, n° 198 (F). – Abschrift des 18. Jh. ebenda, n° 260, n° 9 (G). 40

Luquet, *Grand Saint-Bernard* 73 Teildr. aus Abschrift. – *Hist. Patr. Mon.* 6, 1073 aus H. – Gremaud, *Doc. rel. à l'hist. du Vallais* 1, 111 n° 162 aus dem vorgenannten Druck und wohl D, alle zu 1180 März 29. – Toeche *Reg.* 498. –

BB 36<sup>a</sup> A<sup>b</sup> erstes s aus l verb. <sup>c</sup> zweites m aus t verb. <sup>d</sup> rote Seidenschnüre erhalten.

*Hidber Reg. 2, n° 2420. – Stumpf Reg. 4574, alle zu 1180 März 29. – Stumpf Reg. 4604a. – B.–Baaken Reg. 37.*

*Wir haben unserer Edition die Überlieferung D zugrundegelegt. Die Abschrift des Anne-Joseph de Rivaz (1751–1836) im Staatsarchiv Wallis zu Sitten, Fonds Anne-Joseph de Rivaz, Opera historica X, p. 415 (H) beruht auf einer Vorlage in den Archives historiques du Grand-Saint-Bernard, wohl auf G, und wurde für die Texterstellung nicht berücksichtigt. Die Gruppe von Abschriften im Archiv des Hospizes des Großen St. Bernhard aus dem 18. Jh. (EFG) weist neben anderen gemeinsamen Fehlern die falsche Datierung M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup>, ind. VIII, quarto kal. aprilis auf. In der gesamten älteren Literatur wurde das Stück der verderbten Überlieferung folgend irrig zu 1180 März 29 gesetzt, was dazu führte, es für gefälscht zu halten. Scheffer-Boichorst, NA 24, 141 f., konnte jedoch nachweisen, daß sich das richtige Datum in D bestens in das Itinerar einfügt, wie dies schon im Nachtrag Fickers zu Stumpf Reg. 4604a erkannt wurde. Es ist sehr wahrscheinlich von H 1 verfaßt. Damit sind die Bedenken gegen die Echtheit beseitigt; vgl. Baaken, DA 31, 483 f.*

*Wohl am selben Tag gewährte Heinrich dem Hospiz eine jährliche Rente von 20 Mark Silber; vgl. DD.[38 und 146]. Beide Urkunden dienen der Sicherung des Alpenüberganges und stehen im Zusammenhang mit der Territorialpolitik Barbarossas und seines Sohnes in den Westalpen während der achtziger Jahre und ihrem Vorgehen gegen den Grafen Humbert von Savoyen; vgl. Baaken, DA 31, 483–486 und Helvetia Sacra 4/1, 44. – 1192 nahm Heinrich das Hospiz durch D.[217] neuerlich in seinen Schutz. Vgl. auch Quaglia, Maison du Grand-Saint-Bernard 64 f.*

Henricus<sup>a</sup> sextus dei gratia Romanorum rex semper augustus. Ad salutem perpetuam et temporalem gloriam apud regem regum nobis<sup>b</sup> proficere speramus, si<sup>c</sup> Christi ecclesiis<sup>d</sup> defensionis nostre gratiam benigne impendimus. Noverint ergo omnes in imperio nostro constituti, quod nos hospitale sancti Bernardi de Monte Iouis et omnes eius<sup>e</sup> pertinentias<sup>e</sup> in universis possessionibus<sup>f</sup>, quas sub nostra potestate habet, una cum serenissimo patre nostro Friderico<sup>g</sup> Romanorum imperatore augusto in nostre maiestatis tuitionem ita clementer suscipimus, ut ei securitatem et pacem ab omni violentia auctoritatis<sup>h</sup> nostre robore confirmamus<sup>i</sup>. Quicumque<sup>j</sup> ergo predictum hospitale et fratres, qui ei ministrant, in rebus sive<sup>k</sup> personis aliqua iniuria gravare presumpserit, reum se<sup>l</sup> lese maiestatis nostre noverit<sup>m</sup> tanquam<sup>n</sup> res fisci nostri iniuriose tetigerit. Pro tanti pena<sup>o</sup> delicti<sup>o</sup> persolvat decem libras auri, medietatem scilicet<sup>p</sup> camere nostre et medietatem hospitali iniuriam passo. Ut autem huius nostre tuitionis gratia, quam hospitali iam dicto specialiter impendimus, manifeste sciatur et<sup>b</sup> diligenter pro excellentie nostre reverentia observetur inconcussa, presentem chartam benevolentie nostre conscribi iussimus et nostri impressione<sup>q</sup> sigilli roborari.

Datum Mediolani, anno dominice incarnationis millesimo centesimo octuagesimo septimo<sup>b</sup>, inditione quinta<sup>r</sup>, tertio<sup>s</sup> calendas aprilis<sup>t</sup>.

## BB 38

*Heinrich gewährt dem Hospiz auf dem Großen St. Bernhard eine jährliche Rente von zwanzig Mark Silber, die es zunächst von der königlichen Kammer, später aus den Einkünften vom König zugewiesener Besitzungen erhalten soll.*

**BB 37** <sup>a</sup> Henricus D <sup>b</sup> fehlt EFG <sup>c</sup> salutem D <sup>d</sup> ecclesie ius EFG <sup>e</sup> pertinentias eius G <sup>f</sup> possessionibus F <sup>g</sup> erstes r aus e verb. D, Frederico EF <sup>h</sup> auctoritatis EF <sup>i</sup> confirmemus EF <sup>j</sup> quicumque EF <sup>k</sup> iure EFG <sup>l</sup> fehlt G <sup>m</sup> folgt se G <sup>n</sup> tamquam EF <sup>o</sup> folgt pena G, dilecti D <sup>p</sup> scilicet F <sup>q</sup> impressionis G <sup>r</sup> VIII EFG <sup>s</sup> quarto EFG <sup>t</sup> zum Datum vgl. Vorbem.

Mailand, (1187) März 30.

Original in den Archives de la Congrégation des chanoines du Grand-Saint-Bernard, Archives historiques du Grand-Saint-Bernard n° 195 (A).

Baaken, DA 31, 486 aus A. – B.–Baaken Reg. 38.

Geschrieben und möglicherweise verfaßt von H 1. – Die Auffindung des bis dahin 5  
von der Forschung unbeachteten, offenbar zeitweilig vermißten Originals verdanken wir der Initiative von Gerhard Baaken; vgl. DA 31, 485 f. – Das Schreiben enthält keine Jahreszahl. Bethmann, Archiv 12, 598 datierte es – wohl auf Grund von neuzeitlichen Hinweisen im Staatsarchiv zu Turin – auf 1191, also kurz vor der neuen Regelung der Rentenzahlung durch D.[146]. Das Itinerar legt jedoch 10  
wie das mit dem des D.[37] gleichlautende Tagesdatum die gleichzeitige Entstehung mit diesem nahe. Vgl. Baaken, DA 31, 484–486 sowie die Vorbemerkungen zu den DD.[37 und 146]. – Ungewöhnlich ist bei diesem Stück ebenso wie bei D.[217] die Befestigung des Siegels ohne Plica. – Am 16. April 1191 wurde durch D.[146] 15  
verfügt, daß diese Rente alljährlich zu Ostern vom Verwalter der Burg S. Miniato anzuweisen sei.

Der detaillierten Nachricht in der Cronaca di Saluzzo des Gioffredo della Chiesa wohl aus den letzten Jahren des 15. oder den ersten des 16. Jahrhunderts über den Verkauf des Sturatales in Ligurien/Piemont an Heinrich VI. durch Markgraf Manfred (II.) von Saluzzo (1175–1215) (ed. Hist. Patr. Mon. 5, 880; vgl. B.–Baaken Reg. 39) dürfte ein Notariatsinstrument des Markgrafen zu Grunde liegen. Auf eine verlorene Urkunde Heinrichs VI. in dieser Sache gibt es keinen Hinweis. 20

x H(einricus) x dei gratia Romanorum rex et semper augustus dilectis suis preposito sancti Bernardi de Monte Iouis et toti conventui gratiam suam et bonam voluntatem. 25  
Universitati vestre presentium significatione notificamus, quod nos pro remedio peccatorum nostrorum et salute anime nostre domui vestre annuatim viginti marcas argenti largiri volumus, ut omni anno in natali domini eas de camera nostra recipiatis, donec possessiones vobis possimus assignare, de quibus certos redditus recipere debeatis. 30  
Nostri itaque et antecessorum nostrorum in orationibus vestris memoriam habeatis.

Dat. Mediolani III<sup>o</sup> kal. aprilis.

(SP.1.)<sup>a</sup>

## BB 42

Heinrich nimmt das Zisterzienserkloster *Civitacula* (zu *Tiglieto*) auf Bitten des Abtes Nikolaus mit allen Besitzungen in seinen Schutz, bestätigt ihm die genannten Güter und Wasserrechte, verzichtet auf jegliches Recht an dem Kloster und erläßt ihm alle öffentlichen Abgaben in Italien. 35

Voghera, (1187 April).

Abschrift des 14. Jh. im Chartularium monasterii Tilietensis in Turin, Archivio di Stato, Corte, Paesi, Monferrato Confini, T, registro 2, f. 48' (B). 40

BB 38<sup>a</sup> an gelbem Seidenband, ohne Plica, beschädigt.



*Moriondus, Mon. Aquensia 1, Sp. 88 n° 71 aus B. – Guasco – Gabotto – Pesce, BSSS 69, 250 n° 27 aus B. – Gasparolo, BSSS 113, 142 n° 107 aus B. – Toeche Reg. 32 zu April 8. – Stumpf Reg. 4608. – Pistilli, Monastero di Tiglieto 151 n° 13 Reg. – B.-Baaken Reg. 42 (vgl. Nachtr.).*

*Die Überlieferung wohl des späten 18./frühen 19. Jh. in Turin, Biblioteca Civica, Manoscritti Bosio 54 (Francesco Borgarelli, Abbazie; alt Bosio H.I), p. 126 schöpft aus B und wurde daher bei der Textgestaltung nicht berücksichtigt. Sie ergänzt das fehlende Jahresdatum wohl irrig mit 1186. 5*

*Das in B verkürzt wiedergegebene Inkarnationsjahr läßt sich nach dem Itinerar und den Herrscherjahren ergänzen. Auch die Angabe des Monatstages ist in der Abschrift weggelassen. Die zeitliche Einreihung ergibt sich daraus, daß Heinrich am 8. April 1187 in Voghera urkundete (D.[41]) und am 12. April bereits in Fidenza ist (D.[43]). Damit erübrigen sich die von Baaken a.a.O. widerlegten anderen Datierungsversuche. – Wie Zinsmaier, Urk. Philipps und Ottos 76 f. und ihm folgend ausführlich Herkenrath, AfD 28, 250 f. gezeigt haben, muß ein von dem Kanzleinotar Friedrichs I., Rainald H, verfaßtes Deperditum aus dem Februar 1159 als wörtlich wiederholte Vorurkunde gedient haben; vgl. die Erläuterung zu DFI. \*1105. Auf Rainald H ist auch der Bezug auf das sacratissimum imperium in der Publicatio zurückzuführen; vgl. dazu auch Schwarz, Herrscher- und Reichstitel 105 mit Anm. 388. – Der Zeugenname marchio Puncisius könnte nach B.-Baaken, Namenregister 108, sub voce Montferrat, aus Bonifatius verderbt sein; in Betracht käme Bonifaz von Montferrat oder vielleicht auch der gleichnamige Sohn des Markgrafen Manfred von Saluzzo. – Zu den Privilegien für Tiglieto Ottos IV. von 1210 (B.-Ficker Reg. 419), Friedrichs II. von 1238 (B.-Ficker Reg. 371) und Heinrichs VII. von 1311 (ed. Guasco – Gabotto – Pesce, BSSS 69, 375 n° 151 und 376 n° 152), der Geschichte Tiglietos zu dieser Zeit und seinen Besitzungen vgl. etwa Pistilli, Monastero di Tiglieto 133–140, Polonio, Cistercensi in Liguria –17, zu der Urkunde Heinrichs VI. 11–14, Vassallo, L'abbazia Santa Maria di Tiglieto 18 f., Ottonello, Dai Cistercensi ai Raggi 15–18, Arri, S. Maria di Tiglieto 63–71, und Pavoni, Valle 134–145. – Zu der Identifizierung der curtis Bruxede mit Bruceta in Cremolino (Alessandria) vgl. Polonio a.a.O. 14 Anm. 19, Benso, Chiesa monumentale 113 Anm. 5, und Pavoni, Valle 140 Anm. 20. – Zur Identifizierung der curtis von Castelvero (wohl in Castelletto d'Orba) vgl. Polonio a.a.O. 13 und Benso a.a.O., der auch eine Lokalisierung in Rocca Grimalda (Alessandria) zur Diskussion stellt. In der Aufzählung der Besitzungen, die nach geographischen Kriterien erfolgt, wird Castelvero jedoch gemeinsam mit Castelletto d'Orba und Capriata d'Orba genannt, beide am rechten Ufer des Orba, während Rocca Grimalda am linken Flußufer liegt. – Zur Lokalisierung der curtis von Orba Nuova wohl in La Torre in Frugarolo (Alessandria) vgl. Pistarino, Corte d'Orba 499–513, bes. 512, Bougard, La Torre 422–424 (französische Fassung) beziehungsweise 369–371 (italienische Fassung), und Guglielmotti, Luogo 25–35. – Zur Lage der Frascet(t)ta in Alessandria vgl. Polonio a.a.O. 14 Anm. 19. – Zur Lage des Waldes von Rovereto (Gavi) vgl. Polonio a.a.O. 5 Anm. 7, Ottonello a.a.O. 6 und Pavoni a.a.O. 145. – Zur vermuteten Identifizierung von Sant'Evasio in Ovada (Alessandria) vgl. Polonio a.a.O. 14 Anm. 19 und Pavoni a.a.O. 142 Anm. 22. 10 15 20 25 30 35 40 45*

*Einige offensichtliche, unerhebliche Versehen von B wurden bei der Textgestaltung nicht berücksichtigt.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus sextus divina favente clementia Romanorum rex augustus. Ea, que ad<sup>a</sup> deo famulantium munimen atque tutelam in posterum providentes pia sollicitudine decretalis pagine preceptione sancimus, ad nostre anime salutem nostrorumque successorum ac totius imperii promotionem proficere nullatenus dubitamus. Quapropter noverit universorum tam presentium quam 50

futurorum domini dei ac sacratissimi imperii nostri fidelium sagacitas, quod nos pro amore beate dei genitricis virginisque perpetue Marie ac petitione Nicholai venerabilis abbatis monasterium Ciuitatule cum omnibus rebus ac possessionibus ad ipsum pertinentibus in tutelam ac protectionem nostram suscipimus et universa, que nunc habet aut possidet seu in futurum deo propicio iuste acquirere poterit, eidem monasterio presenti rescripto concedimus et confirmamus, videlicet sedem ipsius monasterii et quicquid ei in montibus aut in alpibus a marchionibus vel quibuslibet aliis proprietario vel usuario nomine donatum est aut concessum seu aliter ipsi monasterio acquisitum, ut habeat cum omni iure plantandi, novellandi, roncandi, pascendi, ligna cedendi, fenum faciendi et cum ceteris usibus suis in integrum. Preterea confirmamus ei, quicquid habet in curtibus Veragie, Campalis, Cassinelle, Bruxede, et in curtibus Castriuetis, Castelleti, Capriate, et in curtibus Boschi, Felegaroli, Urbanoue, et quicquid habet in Fraxeda, ecclesiam sancti Leonardi de Gamundio cum omnibus pertinentiis suis, usum boschi de Roboreta, quantum ei necesse fuerit, et molendina de Gamundio et Veragia et de Boscho et de Castroueteri, et quicquid habet ad sanctum Euasium. Preterea usum maris et fluminum, fontium quoque ac stagnorum, que eidem monasterio sunt oportuna, ipsi concedimus ac confirmamus in piscationibus, in aqueductibus ac derivationibus, in molendinis aut in aliis instrumentis utilibus faciendis. Postremo universum ius, quod ad nos pertinere dinoscitur in bonis ipsius monasterii, pro remedio anime nostre ipsi condonamus atque remittimus statuentes, ut nullus archiepiscopus, marchio, dux, comes, vicecomes aut ulla ecclesiastica laycalisve persona parva seu magna suprascriptum monasterium aut res eius nominatas, quas habet aut possidet munificencia principum, largitione pontificum, donatione marchionum vel comitum seu quorumlibet fidelium sibi collatas aut aliter acquisitas seu acquirendas, audeat ullatenus imminuere aut aliqua vexatione gravare, concedentes ipsum esse liberum resque eius liberas ab omni fodro et ab omni exactione seu publica functione, a pedagio quoque et ab omni tributo in terris aut in aquis intra fines Ytalie. Si quis vero hanc nostre preceptionis paginam violare presumpserit, centum libras auri optimi componat, medietatem nostre camere, medietatem vero ipsi monasterio persoluturus. Quod ut verius credatur et ab universis diligentius observetur, presentem paginam manu propria roborantes sigillo nostro iussimus insigniri. Huius rei testes sunt: Millo Taurinensis episcopus, Otto Bobiensis episcopus, Rodulfus imperialis aule prothonotarius, marchio Opizo de Esta, marchio Moruelus, marchio Puncisius<sup>b</sup>, comes Guifredus de Lumello, Arnoldus de Oremberc, Drushardus, Marquardus dapifer, Philippus de Bolando.

Signum domini Henrici sexti Romanorum regis invictissimi.

Ego Iohannes imperialis aule cancellarius vice Philippi Coloniensis archiepiscopi et Ytalie archicancellarii recognovi.

Dat. Voerie in episcopatu Terdonensi anno domini millesimo et<sup>c</sup> cetera<sup>c</sup>, regnante domino Henrico sexto Romanorum rege gloriosissimo, anno regni eius XVIII<sup>o</sup>; feliciter amen.

#### BB 44

*Heinrich nimmt das Reichskloster **San Benedetto in Polirone** nach dem Vorbild seines Vaters und auf Intervention des Abtes Albert in seinen Schutz, bestätigt ihm die Besitzungen und befreit es von allen Abgaben.*

*Borgo San Donnino (heute Fidenza), 1187 April 17.*

BB 42<sup>b</sup> verderbt, etwa statt Bonifatius, vgl. Vorbem. <sup>c</sup> B, vgl. Vorbem.

*Original in Mailand, Archivio di Stato, Archivio diplomatico, Diplomi e dispacci sovrani, Germania, cartella 2 (A).*

*Böhmer, Acta imp. 161 n° 174 aus A. – Rinaldi – Golinelli, CD. Polironiano 2, 255 n° 138 aus A. – Toeche Reg. 33. – Stumpf Reg. 4609. – Torelli, Reg. mantovano 1, 286 n° 436. – B.–Baaken Reg. 44.*

*Die Diplome Barbarossas für das Kloster DDFI. 28 und 424 dienen nicht als Vorurkunden. – Verfaßt und geschrieben von H 2. – Auf der Rückseite hat sich rechts oben ein mehrzeiliger Text einer Urkunde über Eck gedreht spiegelbildlich abgedrückt; vgl. ähnliches in D.[541].*

*Vgl. auch die DD.[288, 357–358 und 541].*

*Zu dem Kloster San Benedetto in Polirone und seinen Besitzungen vgl. die Vorbemerkung zu D. [288].*

x Heinricus sextus x divina [f]avente<sup>a</sup> clementia Romanorum rex et semper augustus. Regiē dignit[at]is<sup>a</sup> excellentia, qua divinitus preferimur, serenitatem nostram ammonet et ferventer hortatur, ut pre ceteris magnificentię nostrę operibus ecclesias dei et loca religiosa sollerti cura defendere studeamus et in iusticiis suis conservare, maxime tamen eas ecclesias, quę diva imperatorum sive regum largitione fundate spetiale ab imperatorii culminis potentia patrociniū requirunt. Eapropter cognoscat tam presens etas fidelium imperii quam successura posteritas, quod nos pia et preclara serenissimi patris nostri x Friderici x gloriosissimi Romanorum imperatoris augusti vestigia<sup>1</sup> in omnibus sequi volentes monasterium sancti Benedicti super Padum situm, quod nobis et imperio spetialiter attinere dinoscitur, intuitu divinę miserationis et interventu dilecti ac fidelis nostri Alberti abbatis eiusdem monasterii personam ipsius abbatis et fratres ipsius conventus tam laicos quam clericos presentes et futuros continua religionis instantia ibidem deo militantes in maiestatis nostrę protecti[o]nem<sup>b</sup> ac defensionem suscepimus et omnia bona eorum tam mobilia quam immobilia ubicumque sita, quę inpresentiarum habent et possident et in posterum iusto acquisitionis tytulo seu munificentia regum atque imperatorum seu largitione pontificum sive coll[at]ione<sup>b</sup> fidelium prestante domino poterunt adipisci, sub alis nostrę tuicionis regali auctoritate [i]psis<sup>b</sup> confirmamus. Statuentes igitur s[an]ccimus<sup>b</sup> et decernimus, ut idem monasterium et omnes possession[e]s<sup>b</sup> ac homines eius a nobis et a predecessoribus nostris collata eis libertate gaudentes ab omni imperiali et alterius cuiuscumque<sup>c</sup> potestatis exactione et ab albergariis, arimanniis, angariis et perangariis omnino liberi sint et exempti. Ut autem hec auctoritatis nostrę confirmatio et protectio rata consistat et per omne evum inconvulsa permaneat, presentem cartam inde conscribi et sigilli nostri munimine iussimus roborari regali edicto constituentes, ut, quicumque contraire et ausu temerario eam presumpserit infringere, centum marcas auri puri pro pena componat, dimidium camerę nostrę et reliquum monasterio passo iniuriam. Huius rei testes sunt: Gerhardus Rauennas archiepiscopus, Garsidonus Mantuanus episcopus, Willelmus Astensis episcopus, Bonifacius Nouariensis episcopus, Milo Taurinensis episcopus, Albriconus Reginus episcopus, Sigehardus Cremonensis episcopus, Albertus Vercellensis episcopus, Otto Bobiensis episcopus, Opizo marchi[o]<sup>d</sup> de Est<sup>e</sup>, Morrue marchio, Guifredus palatinus comes de Lumello, Ezelinus de [O]nara<sup>d</sup> et alii quam plures.

Dat. per manum Rudolphi imperialis aulę prothonotarii apud Burgum sancti Domini<sup>e</sup> anno dominicę incarnationis M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup>VII<sup>o</sup>, indictione V<sup>a</sup>, XV kalendas maii.

(SP.D.)<sup>f</sup>

**BB 44** <sup>a</sup> durch Faltungslücke zerstört <sup>b</sup> durch Faltung beschädigt <sup>c</sup> bei cuius ein Mittelschaft zu viel <sup>d</sup> o durch Faltung unleserlich <sup>e</sup> A <sup>f</sup> zwei Einschnitte in der Plica.

**BB 44** <sup>1</sup> vgl. die DDFI. 28 und 424.

## BB 56

Heinrich nimmt die Hospitäler des **Kreuzherrenordens** an der Brücke zu Posterla und in der Stadt **Trient** in seinen Schutz und übergibt ihnen Zehentrechte aus seinem Vorratshaus zu Carpi für Bau und Instandhaltung der Brücke zu **Posterla**.

Parma, 1187 August 28. 5

Abschrift des 17. Jh. in der Storia dell'ordine dei Crociferi in Treviso, Biblioteca Comunale, Cod. 474, f. 549 (E).

Scheffer-Boichorst, NA 27, 115 aus E. – B.–Baaken Reg. 56.

Als Verfasser des kanzleigemäßen Textes kommt H 1 in Betracht. – Das Hospital an der Brücke zu Posterla dürfte nach Baaken, Crociferi 340 mit Anm. 40 identisch sein mit dem 1228 Juli 10 von Gregor IX. bestätigten (ed. Auvray, Reg. Grégoire IX 1, 123 n° 209) in Ossenigo in der Gemeinde Dolcè (Prov. Verona), das später wohl nach dem nahegelegenen Borghetto in der Gemeinde Avio (Prov. Trient) verlegt wurde. Das Priorat des Hospitals von Borghetto wurde 1568 mit dem von Trient vereinigt; vgl. Pacini, Crociferi 425. – Zur Geschichte des Hospitals der „Crociferi“ in Trient vgl. Reich, Notizie e documenti 3 und 9–12 und Bocchi – Oradini, Trento 42 f. – Zu Gunsten der „Crociferi“ wiederholte Heinrich VI. ferner das DFI. 641 seines Vaters durch das heute verlorene D.[671]; vgl. die Vorbemerkungen zu diesen beiden Diplomen. 10 15

Henricus sextus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Regie maiestatis benignitas atque clementia omnes religiosas personas et earum bona protegere, manutenere et ab omni infestatore defendere consuevit et eas<sup>a</sup> maxime, quarum bona lucent opera, que charitatis studio invigilantes se ipsas servitio pauperum pro Christo obtulerunt comuni utilitate deservientes. De divina igitur retributione pro omnibus bonis, que fecimus, spem certam habentes domum hospitalis ad pontem de Posterla cum personis ibidem deo deservientibus et cum omnibus bonis suis, que nunc habet vel imposterum iuste adipisci poterit, et domum hospitalis Cruciferorum in Tridentina civitate constitutam<sup>b</sup> sub nostre protectionis et tutaminis defensione recepimus. Ad hec uberiori beneficio volentes posterorum utilitati providere de promptuario sive cellario nostro apud Carpum decimas omnes de annona, de vino et aliis victualibus pro anime nostre et parentum nostrorum remedio et salute tradimus perpetuo ad edificandum pontem de Posterla et ad reparandum, si forte contingat eundem pontem in aliquo labefactari, cum plane fuerit constructus et perfectus. Statuimus autem et auctoritate regii edicti<sup>c</sup> precipimus, ut in prefata elemosina nostra nullus archiepiscopus vel episcopus [vel minister]<sup>d</sup> archiepiscopi vel episcopi potestatem aliquam habeat neque in recipiendo neque in dispensando, sed totaliter in edificatione et emendatione predicti pontis expendatur. Sancimus igitur, ut nullus dux, marchio, comes, vicecomes, nulla civitas, nulla communitas, nulla denique secularis vel ecclesiastica persona hoc nostre protectionis et defensionis tutamen et donum prenomiatum, quod ad edificandum prefatum pontem contulimus, audeat infringere vel violare. Et qui fecerit, in ultionem sue temeritatis viginti libras auri puri componat, medietatem camere nostre, reliquum vero passis iniuriam persolvat. 20 25 30 35 40

Dat. Parme anno dominice incarnationis 1187, indictione quinta, quinto kal. septembris.

BB 56 <sup>a</sup> eis E <sup>b</sup> constitutum E <sup>c</sup> editi E <sup>d</sup> Lücke in E, ausgefüllt mit zehn Punkten, ergänzt nach Scheffer-Boichorst.

## BB 57

Deperditum.

Heinrich bittet auf Drängen der Pisaner die bei Portovenere zum Angriff auf Pisa bereitstehenden **Genuesen**, ihm zuliebe von dem Angriff abzulassen.

(1187). 5

*In den Annales Ianuenses des Otonobus (Mon. Germ. Script. 18, 102; Annali genovesi ed. Belgrano – Imperiale di Sant'Angelo 2, 24) heißt es zu 1187: Ianuenses profecto exercitum maximum super Pisanos et stolum prepararunt. Et cum essent apud Portum Veneris in manu valida et extento brachio parati et accincti aggrediendi Pisanos et eundi ad Portum Pisanum, ecce littere regis Enrici filii imperatoris Frederici, quas impetraverunt Pisani, fuerunt consuli Ianue et exercitui presentate, quibus continebatur, quod rex ipse rogabat eos, ut eius obtentu et amore a Pisanorum offensione desisterent. – Nach der Darstellung des Otonobus ließen die Genuesen daraufhin von ihrem Vorhaben ab (qui admissis regis precibus destiterunt), und das Heer löste sich auf. Genua schickte jedoch eine Flotte gegen die Pisaner, die die Burg von Bonifacio an der Südspitze Korsikas zerstörten (Mon. Germ. Script 18, 102 Z 14–17; Annali genovesi a.a.O. 25 Z 2–6). Zuvor hatten laut Otonobus die Pisaner die genuesischen Kaufleute in Sardinien aus dem Judikat Cagliari und de grotis – gemeint ist wohl der damalige Hafen de Gruttis, heute etwa Marina di Bonaria in Cagliari – vertrieben, wodurch der Krieg zwischen Genua und Pisa aufgeflammt war (Mon. Germ. Script. 18, 102 Z 5–8; Annali genovesi a.a.O. 24 Z 11–15).*

*Von dem durch ein Schreiben Heinrichs VI. erwirkten Verzicht Genuas, Pisa in seinem Heimathafen anzugreifen, haben wir sonst keine Nachricht.*

*1188 wurde durch Legaten Papst Clemens' III. Friede zwischen Genua und Pisa geschlossen (Privileg Clemens' III. von 1188 Dezember 12, Jaffé – L. 16.363, B.–Schmidt, Clemens III., Reg. 505; ed. Imperiale di Sant'Angelo, CD. di Genova 2, 344 n° 179, Text der inserierten Legatenurkunde von 1188 Juli 7 ebd. 334 n° 174; vgl. zu den vorhergehenden Verhandlungsschritten B.–Schmidt, Clemens III., Reg. 30, 115, 116, 263 und 264 mit weiterer Literatur). In der Urkunde wird ausdrücklich auf die Notwendigkeit eines Friedens zwischen den beiden wichtigen Seemächten mit Bedacht auf die Vorbereitung des Kreuzzuges ins Heilige Land hingewiesen; vgl. dazu auch Toeche, Kaiser Heinrich VI. 105 und Alberzoni, Interventi 158. – Zu den Auseinandersetzungen zwischen Genua und Pisa um Einfluß und Handelsstützpunkte in Sardinien und Korsika vgl. etwa Besta, Sardegna medioevale 1, besonders 112–162, Branca, Contesa 103–106, Artizzu. Docc. inediti XVII–XX, Petrucci, Re in Sardegna 12–14, Maleczek, Das friedensstiftende Papsttum 262–264 und Polonio, Da provincia a signora del mare 184. – Toeche Reg. 41. – B.–Baaken Reg. 57.*

## BB 58

Heinrich stellt dem Kloster **SS. Marino e Leone** (zu **Pavia**) den ihm von seinen Vorgängern geschenkten und durch eine Sentenz der Konsuln von Pavia zuerkannten Uferzoll zurück und kassiert ein gegenteiliges, von Bischof Garsidonius von Mantua gefälltes Urteil, womit diesen Papst Urban III. unberechtigterweise beauftragt hatte.

Pavia, 1187 September 13. 45

*Original in Mailand, Archivio di Stato, Archivio diplomatico, Diplomi e dispacci sovrani, Germania, derzeit nicht auffindbar (A).*

*Zaccaria, Anecdotorum collectio 239 wohl aus A = Ficker, Forschungen 4, 214 n° 171. – Böhmer Reg. 2731. – Toeche Reg. 47. – Stumpf Reg. 4621. – B.–Baaken Reg. 58.*

*Da das Original im Staatsarchiv zu Mailand derzeit nicht auffindbar ist, legen wir unserer Ausgabe zwei Abschriften aus dem Original im alten Apparat der Wiener Diplomata-Abteilung zugrunde.*

*Geschrieben von H 1, der wohl auch als Verfasser anzusehen ist. Auffallend ist die ungewöhnlich ausführliche Aufzählung der Amtsträger im Perturbationsverbot.*

*Heinrich VI. hatte dem Kloster den Uferzoll am Ticino bereits am 22. September 1186 durch D.[18] bestätigt; vgl. die Vorbemerkung zu diesem. Die nicht erhaltene Sentenz der Konsuln von Pavia und das von dem Notar Ricodeus abgefaßte Notariatsinstrument mit den Aussagen der Zeugen über den Zoll werden auch in D.[18] erwähnt. Das im Text erwähnte Urteil des Bischofs Garsidonus von Mantua (1148–68 und 1177–87), delegierten Richters Papst Urbans III. (1185–1187), ist nicht erhalten; vgl. It. pont. 5, 237 n° \*16, It. pont. 6/1, 209 n° 5 und B.–Schmidt Reg. 953.*

*Von besonderem Interesse ist die Feststellung, daß dem Papst in Reichssachen keine Entscheidung zustehe; vgl. auch It. pont. 5, 237 n° \*16 und 6/1, 209 n° 5.*

*Zur Reichsacht gegen Ferrara vgl. B.–Opll Reg. 2974 und Haverkamp, Herrschaftsformen 2, 544 mit Anm. 67 zu unserer Urkunde, sowie D.[125]. Störungen der Ufer des Ticino durch Ferrara verbietet ausdrücklich DEI. 100 (ambas ripas Ticini, ... prohibentes, ne Frarienses in eisdem ripis fratres eiusdem cenobii inquietare presumant).*

Heinricus sextus dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Decet regie maiestatis eminentiam ecclesiarum dei utilitati et commoditati clementi benignitate intendere easque contra indebitas vexantium importunitates sue celsitudinis presidio communire. Eapropter notum facimus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod, cum ripaticum ecclesie sanctorum Marini et Leonis possideremus, attendentes ipsum ex antiqua donatione reverendorum principum antecessorum nostrorum ad eandem ecclesiam pertinere, sicut etiam a consulibus iusticie de Papia per sententiam iudicatum est<sup>1</sup>, pro salute anime nostre et predecessorum nostrorum idem ripaticum prememorata ecclesie restituimus et in perpetuum quiete tenendum confirmamus. Sententiam itaque, quam Garsidonus quondam Mantuanus episcopus ex mandato pape Urbani tercii dedit contra ipsam ecclesiam<sup>2</sup>, regia auctoritate cassamus statuentes, ut illa sententia nullum ecclesie faciat preiudicium, presertim cum pape Urbani non interfuerit de hiis, utpote de rebus imperii, aliquo modo disponere, et cum etiam Ferrarienses adversarii ecclesie tunc proscripti fuerint et imperiali ac regali banno innodati. Decernimus itaque, ut prenominata ecclesia ripaticum idem in omne evum habeat et quiete teneat colligendo ipsum in ea summa, que in instrumento de dictis testium per Ricodeum notarium confecto<sup>1</sup> continetur. Statuimus igitur et sub pena banni nostri ac sub debito fidelitatis districte precipimus, ut de cetero nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, nulla civitas, nullus consul, nulla credentia, nulla potestas, nullus mercator, nullus hostalerius, nulla denique humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica persona prefatam ecclesiam in pretaxato ripatico vexare aut molestare audeat vel quancumque ei iniuriam seu violentiam inferre. Quod qui facere presumpserit, XXX libras auri optimi in ultionem temeritatis sue componat, dimidium camere nostre, reliquum passe iniuriam ecclesie. Huius rei testes sunt: Otto frater noster, Fridericus dux de Bites, comes Rübertus de Nassowe, Robertus de Dorna, Henricus Testa marscalcus, Marquardus dapifer, Guido de sancto Nazario, Syrus Salienbene imperialis ac regalis aule iudex et alii quam plures.

BB 58<sup>1</sup> vgl. D.[18] <sup>2</sup> die Sentenz ist nicht erhalten, vgl. Vorbem.

Datum Papie anno domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup>VII<sup>o</sup>, indictione quinta, idibus septembris.

(S.P.D.)<sup>a</sup>

### BB 65

Heinrich entscheidet durch einen Spruch seines Hofrichters Passaguerra einen Rechtsstreit zwischen den Kommunen **Mailand** und **Bergamo** um die Ableitung des Gewässers Seriola und um den Besitz des Ortes Brignano Gera d'Adda zugunsten Mailands und untersagt den Bewohnern von Brescia, Verona, Mantua und Lodi, denen von Bergamo gegen dieses Urteil Rat und Hilfe zu gewähren. 5

Como, 1187 November 17.

Notarielle Abschrift des frühen 13. Jh. des Notariatsinstrumentes in Bergamo, Biblioteca civica Angelo Mai, Collezione di pergamene, n<sup>o</sup> 4028 (ex pergamene Borsetti, n<sup>o</sup> 20) (B). 10

Kalbfuß, QFIAB 15, 75 n<sup>o</sup> 13 aus B (k). – Wohlfarth, Heinrich VI. und die oberitalienischen Städte 75 Reg. – B.–Baaken Reg. 65.

B weist zahlreiche Versehen auf, die bei der Textgestaltung nur in Auswahl berücksichtigt wurden. 15

Das Notariatsinstrument wurde auf Befehl des anwesenden Königs von dem Notar Martinus Filippi geschrieben und sicherlich in der üblichen Weise durch sein Notarsignet beglaubigt, das jedoch in B nicht wiedergegeben ist. Die B beglaubigenden Notare, die sich als Missi Kaiser Ottos IV. bezeichnen, hatten noch das originale Notariatsinstrument vor sich. – Die ad imitationem ... Henrici predecessoris nostri divi Romanorum imperatoris erfolgte Bestätigung Kaiser Ottos IV. von 1210 (B.–Ficker Reg. 410; ed. Giulini, Mem. Milano 7, 151) bezieht sich wohl auf unsere Urkunde und nicht unbedingt auf ein eigenes Deperditum Heinrichs VI., wie B.–Zinsmaier, Ergänzungen 136 zu B.–Ficker Reg. 410 annimmt. – Zu dem Hofrichter Passaguerra vgl. die Vorbemerkung zu D.[183]. Zu dem Hofrichter Guido de Lerma/Elma vgl. Dep.[Gavi]. Zu dem notarius imperialis aule Martinus Filippi aus Pavia vgl. Barbieri, Notariato 24–26. 20

Mailand hatte Brignano im Vorjahr von Friedrich I. erhalten (DFI. 943). Zu dem Bewässerungssystem durch Kanäle (seriolae) in der Lombardei vgl. Menant, Campagnes lombardes 183–197, zum Wort seriola 184 Anm. 56, zu unserer Urkunde 192, sowie ders., Bergamo comunale 113–118, zu unserer Urkunde 116. Ob Seriola in unserer Urkunde als Toponym aufzufassen ist, ist nicht sicher zu entscheiden. – In Lodi, wo die Unterredung vor dem König stattfand, ist Heinrich VI. im Jahr 1187 am 24. März und am 9. November nachweisbar (DD.[36 und 64]). – Vgl. D.[Depbergamo]. Zum Inhalt vgl. auch Wohlfarth, Heinrich VI. und die oberitalienischen Städte 3. 25 30 35

Anno dominice incarnationis millesimo centesimo octuagesimo septimo, indictione sexta, die martis, quintodecimo kal. decembris in Cumana civitate in palatio episcopi Henricus dei gratia Romanorum rex et semper augustus per missum suum Passaguerram regie aule iudicem presentibus Syro Salinbene et Bertramo nepote suo, Gualfredo de Turricella, Artuxio vexillifero de Papia, Ydone et Guidone de Lelnia de Tretona et Lothario de sancto Genexio iudicibus regie<sup>a</sup> aule et eorum consilio 40

BB 58 <sup>a</sup> Einschnitte vorhanden.

BB 65 <sup>a</sup> rege B

sententiam protulit super discordia, que erat inter comune Mediolanense et Iohannem de Raude civem Mediolanensem per missum ipsius comunis et Iohannis, Aderardum de Porta Orientali, Heriprandum iudicem et Rogerium de Metia consules comunis Mediolanensis, presbiterum Marcellinum consulem iustitie et Petracium camerarium ipsius comunis Mediolanensis et ex altera parte comune Bergami, scilicet de flumine, quod Serriola dicitur, quod ipsi Mediolanenses dicebant Bergamenses avertisse<sup>b</sup> et inclusisse, ne ad locum Bregniani, sicut consueverat, deflueret, et super possessione ipsius loci Bregniani, quem Mediolanenses possidebant et, ne Bergamenses eos libere et quiete possidere inpedirent, postulabant. Cumque Bazenellus potestas Bergamensium et comune litteris<sup>1</sup> et nontiis regie magestatis citati fuissent et viva voce ipsius domini Henrici regis in colloquio apud Laudem celebrato et eisdem potestati et comuni de Bergamo terminus preemptorius statutus ad iustitiam Mediolanensibus faciendam fuisset, potestate et comune Bergami ad prefixum terminum non venientibus, sed contumaciter absentibus, taliter constituit<sup>c</sup>, ut comune Bergami aquam, que dicitur Serriola, et eius cursum aperiat et omne ostaculum cursum ipsius aque inpediens, quominus ad locum Bregniani et eius partes, sicut fluere consueverat, [defluat]<sup>d</sup>, removeant et Mediolanensibus aut eorum nontiis alveum ipsius Serriole omni tempore aperire seu reficere<sup>e</sup> volentibus nullum inpedimentum prestant. Item, ut Mediolanenses quiete locum Bregniani et Serriolam possidere et tenere predicti Bergamensium potestas et comune permittant nec<sup>f</sup> eosdem Mediolanenses aliquo modo possidere<sup>g</sup> inpediant, similiter iudicavit et de predictis omnibus observandis iam dictam potestatem et comune Bergami ipsis Mediolanensibus condempnavit. Ibiq; ipse dominus rex statuit et suo edicto precepit, ut Brixienses, Verronenses, Mantoani, Laudenses nullum consilium vel auxilium Bergamensibus<sup>h</sup> contra hoc, quod supra dictum est, facere volentibus prestant. Predictus dominus rex hoc instrumentum fieri precepit. Interfuerunt comes Robertus de Nasor<sup>i</sup>, Rodulfus de Rapretsuiller, Trusardus, Marcoaldus dapifer, Henricus de Lutre camerarius<sup>j</sup>, dominus Obertus Modatiensis<sup>k</sup> archipresbiter, de Mediolano: Ottobellus et Gualterius, qui dicuntur de Arzago, Vuilielmus de Osa, Petrus Collionus, Rodulfus de Massenago, Paltonerius de Ossenago, Guibertus de Robiate, Girardus de Cuni, et de Cumis: Gualdericus Sescalcus, Lafrancus de Uia, Guilelmus Grecus et alii plures testes.

Ego Passaguerra iudex regie aule mandato domini mei Henrici Romanorum regis et semper augusti et eo presente predicta omnia, que superius leguntur<sup>l</sup>, [dedi<sup>m</sup>, inter]fui<sup>l</sup> et subscripsi.

Ego Martinus Filippi imperialis aule et Papiensis notarius interfui et iussu iam dicti domini Henrici regis hoc instrumentum scripsi.

## BB 66

Heinrich beurkundet, daß Graf Matthäus von Toul in seiner und des Hofes Gegenwart den **Kanonikern** der bischöflichen Kirche von **Toul** aufgrund eines Urteils des Hofgerichtes die Leute von Aouze, über die er kein Recht habe, übertrug, und beurkundet außerdem einen Vergleich der Kanoniker mit dem Grafen Hugo von Vaudémont wegen eines strittigen Geldbetrages.

**BB 65** <sup>b</sup> avertissime B <sup>c</sup> consuit B <sup>d</sup> fehlt B, so oder ähnlich zu ergänzen <sup>e</sup> erstes e durch Abrieb unleserlich <sup>f</sup> nec – tempore auf Rasur B <sup>g</sup> tempore B, davor vel k, Emendation nach einem Vorschlag Paul Fridolin Kehrs im alten Apparat der Wiener Diplomata-Abteilung <sup>h</sup> nsibus abgerieben B <sup>i</sup> B statt Nasou <sup>j</sup> camerarius B <sup>k</sup> B, wohl statt Modoetiensis, ti auf Rasur B <sup>l</sup> leguntur – interfui wohl durch inzwischen abgefallenes Klebeband oder ähnliches stark abgerieben B, Ergänzung unsicher <sup>m</sup> nur Oberlänge des ersten d erkennbar B.

**BB 65** <sup>1</sup> vgl. D.[Depbergamo].



Toul, 1188 März 4.

Original in Nancy, Archives départementales de Meurthe-et-Moselle, 2 F 3 n° 6 (A).  
– Abschrift des 14. Jh. im Chartular A des Kathedraalkapitels von Toul, ebenda, 2 F 5,  
f. 29 (B).

Calmet, *Hist. de Lorraine* 2, preuves 402 = ed. II. tom. 6, preuves 60. – (Baleicourt), 5  
*Traité sur la maison de Lorraine*, preuves 80 n° 23. – Picart, *Hist. de Toul*, preuves  
31 aus A. – Böhmer Reg. 2732. – Toeche Reg. 51. – Stumpf Reg. 4627. –  
Diestelkamp – Rotter, *Urkundenreg.* 390 n° 497. – B.–Baaken Reg. 66 (vgl.  
Nachtr.).

Eine Lücke im Pergament ließ sich leicht nach B ergänzen (Anm. d). – Der den 10  
Ausgleich mit dem Grafen von Vaudémont betreffende Zusatz ist durch eine eigene  
Promulgatio (Noscat enim presens etas ...) eingeleitet. – Geschrieben von dem  
Gelegenheitsschreiber H 3.

Nach dem Aussterben der ersten Grafen von Toul 1149 ging das Grafenamt von Toul 15  
aufgrund einer Entscheidung Friedrich Barbarossas wohl 1153 an seinen Schwager,  
Herzog Matthäus von Lothringen (1139–1176) über, nach dessen Tod sein dritter  
Sohn, ebenfalls Matthäus, als Graf von Toul nachfolgte (als solcher 1180–1208). Das  
erklärt auch seine Bezeichnung als consanguineus noster in unserer Urkunde. Die  
Auseinandersetzungen mit dem Domkapitel von Toul schwelten besonders um dessen  
Besitz bei Vicherey (Dép. Vosges), in dessen Nähe das hier genannte Aouze liegt. Der 20  
Konflikt des Kapitels mit Graf Hugo von Vaudémont (1188–1242), Vasall des  
Herzogs von Lothringen, ist nicht weiter aufzuhellen. Vgl. dazu François, *Histoire  
des comtes et du comté de Vaudémont* 38–43, Parisse, *Noblesse lorraine* 2, 712–715,  
Poull, *Maison ducale de Lorraine* 314, 319–322 und 373 f. und Bönnes,  
*Bischofsstadt Toul* 54–69, 199 f., 231 mit Anm. 192 und 300–305. 25

Dorsualvermerk des 13. Jh.: Carta Henrici imperatoris de senten[tia] data super  
hominibus de Aquosa contra Matheum comitem Tullensem et acq[uitati]one  
quam f[ec]it et super compositione comitis Wadonomontis.

x Henricus sextus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. x  
Rationi consentaneum est et iuris congruit equitati, ut ea, que in presentia maiestatis 30  
nostrę et plurimorum curię nostrę sapientum in publica curia nostra acta esse  
noscuntur, memorię commendentur et, ut firma atque inconvulsa semper maneant,  
scripto commendata servantur. Eapropter notum fieri volumus universis imperii  
fidelibus presentibus et futuris, quod nos auditis hinc inde allegationibus super causa, 35  
quę vertebatur inter canonicos Tullensis ecclesię maioris ex una parte et Matheum  
comitem Tullensem consanguineum nostrum ex alia parte de hominibus de Aquosa,  
sapientum curie nostre communicato consilio cognovimus et per sententiam curię nostrę  
sapientum iudicatum est prefatum Matheum comitem Tullensem in iam dictis  
hominibus de Aquosa nichil iuris habere vel habuisse nec de eis aliquem hominem 40  
infeodare potuisse. Hac itaque in publico curię nostrę promulgata sententia pretaxatus  
Matheus comes Tullensis nostro et sapientum curię nostrę premonitus iudicio  
sepedictos homines de Aquosa cum omnibus apendiciis eorum prenotatis canonicis  
Tullensis ecclesię maioris in nostra et tocius<sup>a</sup> curie nostre presentia refutavit libere et  
absolute possidendos et habendos et se super prefatos homines de Aquosa nichil iuris 45  
habere vel habuisse in publico consistorii nostri confessus est.

Noscat etiam presens etas et successura posteritas, quod prememorati canonici Tullensis  
ecclesię maioris super querimonia XVIII librarum et XII solidorum Tullensis monetę,  
quam querimonia de comite Hvgone de Vadesmunt apud nos deposuerant, cum eo  
amicabiliter composuerunt<sup>b</sup>, ita, quod comes Hvgone de Vadesmunt iuravit super sanctas

BB 66<sup>a</sup> o wohl aus anderem Buchstaben verb. <sup>b</sup> Kürzungsstrich über erstem o fehlt A

reliquias<sup>c</sup>, quod de cetero non offenderet prefatos canonicos nec res eorum nec ipse nec homines sui sepredictos canonicos in a[liquo]<sup>d</sup> molestarent, hoc in iuramento addito, quod, si contingeret homines prefati comitis de Vadesmunt aliquam iniuriam prefatis canonicis inferre, idem comes illam iniuriam infra XV dies predictis canonicis emendaret vel faceret emendari. Hec autem omnia ut stabilia et inconvulsa semper 5 maneant, scribi iussimus et nostrę maiestatis sigillo insigniri statuentes et regia auctoritate sanctientes, ut huius nostrę pagine divalis tenor in perpetuum firmus et ratus habeatur. Huius rei testes sunt: Petrus Tullensis episcopus, Simon dux Lotoringie consanguineus noster, Fredericus dux de Bites consanguineus noster, Albertus comes de Dasburch, Henricus de Castre quondam Uerdunensis episcopus, Otto de Huneburch, 10 Varnerius de Bonlant et alii quam plures.

Act. et dat. in palacio Tullensi anno domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup>VIII<sup>o</sup>, indictione VI<sup>a</sup>, IIII<sup>o</sup> nonas marcii.

(S.P.D.)<sup>e</sup>

**BB 68**

15

*Heinrich nimmt die Kartause **Durbon** in seinen Schutz und bestätigt ihr den Inhalt des Privilegs seines Vaters (DFI. 753).*

*Lyon, 1188 Juli 20.*

*Original in Gap, Archives départementales des Hautes-Alpes, Fonds de Durbon 1 H 2, pièce 21 (A).* 20

*Charronnet, BECh sér. 3, 5, 441 n° 3 aus A. – Guillaume, Chartes de Durbon 145 n° 194 aus A. – Toeche Reg. 53. – Stumpf Reg. 4629. – Chevalier, Reg. dauphinois 1, 843 n° 5072 und 7, 29 n° 396. – B.–Baaken Reg. 68.*

*A ist an der linken Seite zum Teil beschädigt; die Lücken konnten dem Sinn nach ergänzt werden. – Verfaßt und geschrieben von H 1. Wenn wir ihn mit dem Notar Magister Heinrich aus Utrecht identifizieren, was zweifellos zutreffen dürfte (vgl. Vorbemerkung zu D.[6]), war er nach einer halbjährigen Arbeitspause, während der er zu Verhandlungen mit Papst Clemens III. an der Kurie weilte, wieder zum Gefolge des Königs gestoßen.* 25

*Dorsualvermerk des 13. Jh.: defensio Henrici regis.* 30

x Heinricus sextus x divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Excellentie nostrę benignitas serenitatem nostram inducit frequentius et hortatur<sup>a</sup>, ut inter cetera maiestatis nostrę preclara opera ad<sup>b</sup> imitationem<sup>c</sup> patris nostri Friderici Romanorum imperatoris divi augusti paci et tranquillitati ecclesiarum dei et promotioni religiosorum locorum clementer vigilantia [cu]ra intendamus. Quapropter 35 notum facimus universis imperii nostri fidelibus presentibus et futuris, quod nos monasterium de Bur[bone]<sup>d</sup> cum omnibus fratribus, bonis et possessionibus, quas nunc habet vel in posterum prestante domino iuste obtinebit, in [mai]estatis nostrę protectionem et defensionem recepimus et universa, quę serenissimus pater noster divo privilegio ipsis confirmavit<sup>1</sup>, regali auctoritate confirmamus statuentes et regalis edicti 40

**BB 66** <sup>c</sup> A <sup>d</sup> durch Lücke beschädigt <sup>e</sup> zwei Einschnitte in der Plica.

**BB 68** <sup>a</sup> h wohl aus b verb. <sup>b</sup> auf Rasur <sup>c</sup> zum Teil auf Rasur <sup>d</sup> statt Durbone, b wohl von späterer Hand in d verb.

**BB 68** <sup>1</sup> DFI. 753.

vigore sancientes, ut nulla omnino persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica predictum monasterium vel fratres in bonis suis et possessionibus aliquo modo gravare audeat vel perturbare. Quod qui<sup>e</sup> ausu temerario facere attemptaverit, LX<sup>a</sup> libras auri puri pro pena componat, quarum medietas camerę nostrę, reliqua vero predicto monasterio persolvatur. Ad cuius rei perpetuam evidentiam presentem inde cartam  
5  
conscribi et maiestatis nostrę sigillo iussimus communiri.

Dat. apud Lugdunum anno domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup>VIII<sup>o</sup>, indictione VI<sup>a</sup>, XIII<sup>o</sup> kal. augusti.

(SP.D.)<sup>f</sup>

**BB 69**

10

*Heinrich untersagt seinen Getreuen **Ademar von Poitiers** (Graf von Valentinois), **Raimund von Agoult**, **Hugo von Aix-en-Diois** und **Eschafn** unter Berufung auf ein von seinem Vater dem Bischof von Die gewährtes Privileg (DFI. 743) die Erhebung von Weg- und Brückenzöllen sowie von anderen Abgaben im Bistum Die.*

Lyon, (1188) Juli 21. 15

*Abschrift von 1230/31 im Chartular der Kirche von Die in Paris, Bibliothèque Nationale de France, ms. lat. 18356, f. 12' (B).*

(C.) x In nomine sancte et individue<sup>a</sup> trinitatis. Henricus sextus<sup>b</sup> divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. x Licet ad decorem et honorem imperii et<sup>c</sup> ad nostram simul gloriam spectet universos imperii nostri fideles confovere et tueri, diligere et amplecti, ad illorum tamen precipue tutelam propensius studium et vigilantiozem curam merito<sup>d</sup> debemus adhibere, de quorum devotione, de quorum servitio et labore circa exaltationem corone nostre melior spes nobis incipit arridere et fiducia provenire. Congruum igitur et rationabile videtur nos eorum obsequia \* cum largiflua benignitate et imperiali munificentia ad servitium et honorem imperii benignius applicare, quorum industria et virium potentia ad conservandum rei publice statum pre ceteris gloriosum conferre<sup>e</sup> potest<sup>e</sup> incrementum. Unde, quia Ianuensem civitatem a prima sui fundatione caput suum inter alias civitates maritimas altius extulisse et perspicuis virtutum atque multarum probitatum operibus terra marique omni tempore prepollere veraciter audivimus, placuit nostre maiestati tantorum virorum omnium videlicet Ianuensem fidelitatem eligere, tenere et cum omni benivolentia pre aliis conservare eosque in commune congruis honoribus et amplioribus beneficiis semper honorare, presertim cum nos ipsorum servitiis et strenuis laboribus gratanter uti<sup>f</sup> maxime in mari navalibus bellis velimus iuxta illud nostre voluntatis propositum, quo non solum in terra, sed etiam in mari gloriam et honorem Romani imperii dilatare modis omnibus et corroborare intendimus ac desideramus. Eapropter cognoscant universi fideles imperii presentes et futuri, quanto gratie nostre et honoris titulo, quanta etiam beneficiorum collatione, quanto dilectionis emolumento civitatem Ianue exaltandam \* duximus et honorandam. Concedimus enim et donamus consulibus et communi Ianue<sup>g</sup> in feodum<sup>h</sup>, ut, quociens hostem vel expeditionem aut exercitum facere voluerint<sup>f</sup>, salva tamen fidelitate imperiali, habeant totam maritimam a Portu Monachi usque ad Portum Veneris in illo oste, exercitu vel expeditione, sane hoc statuentes, ut propter hoc<sup>i</sup> in ceteris iusticia comitum aut marchionum non minuatur<sup>j</sup>. Item donamus et concedimus in feodum<sup>h</sup> consulibus et communi Ianue liberam potestatem eligendi ex se ipsis, firmandi et habendi consules et eis utendi, qui habeant ius et facultatem liberam faciendi iustitiam et puniendi maleficia in civitate et districtu suo bona fide legitime et secundum bonos mores ipsius civitatis et dandi<sup>k</sup> tutores et curatores et mundualdos et cetera omnia, que iudex ordinarius ab imperatore debet habere ex sua iurisdictione in suo districtu et in suos, quos ei<sup>l</sup> concessimus et concedemus. Item statuimus, ut a<sup>d</sup> nulla persona fodrari debeant vel hospitari<sup>k</sup>, et eis aliam potestatem non imponemus. Item concedimus Ianuensibus, ut liceat eis edificare castrum super Portum Monachi ad honorem imperii et defensionem Christianorum contra Sarracenos ita, quod hoc castrum ab imperiali maiestate teneant<sup>m</sup> in feodo in perpetuum<sup>n</sup> sub eo tenore, ut ipsum castrum sit expositum<sup>o</sup> et<sup>d</sup> paratum ad servitium imperii, cum nos vel aliquis<sup>p</sup> successor noster voluerimus guerram facere Massiliensibus vel aliis de Prouincia. Item concedimus eis in feodo castrum Gauii<sup>q</sup> cum pertinentiis suis et omni iure et commodo ad ipsum pertinenti. Preterea castra<sup>r</sup> omnia<sup>r</sup>, portus, regalia<sup>s</sup>, possessiones, iura et res universas, quas in citramarinis vel ultramarinis<sup>t</sup> partibus tenent, habent vel possident aut alius eorum nomine, eis concedimus et donamus in feodum et de gratia nostra in perpetuum<sup>n</sup> imperiali auctoritate modis omnibus confirmamus. Proprietates autem et allodia eorum eis libere concedimus. Item concedimus et damus eis in feodum Siracusanam<sup>u</sup> civitatem cum pertinentiis suis omnibus et ducentas quinquaginta caballarias terre in valle Not<sup>v</sup> ad caballariam illius terre. Et si forte ibi deerit, in terra comitis Symonis, quod defuerit, compleatur. Preterea concedimus et damus eis in feodum in

**BB 155** <sup>a</sup> indue C<sup>2</sup> <sup>b</sup> Ende der *Elongata* in C<sup>1</sup>C<sup>2</sup> <sup>c</sup> fehlt C<sup>1</sup>C<sup>2</sup> <sup>d</sup> fehlt B <sup>e</sup> potest conferre C<sup>2</sup> <sup>f</sup> folgt et B <sup>g</sup> C<sup>2</sup>, Ian mit Kürzungszeichen BC<sup>1</sup> <sup>h</sup> feodum B <sup>i</sup> fehlt C<sup>1</sup> <sup>j</sup> minuantur C<sup>1</sup> <sup>k</sup> dandi – hospitari weitgehend gleichlautend mit D.[138]; vgl. Vorbem. <sup>l</sup> eis C<sup>2</sup> <sup>m</sup> teneatur C<sup>1</sup> <sup>n</sup> imperpetuum B <sup>o</sup> compositum C<sup>1</sup> <sup>p</sup> alius C<sup>1</sup> <sup>q</sup> Grauii C<sup>1</sup> <sup>r</sup> omnia castra C<sup>2</sup> <sup>s</sup> folgt et C<sup>1</sup> <sup>t</sup> vel ultramarinis fehlt C<sup>1</sup>C<sup>2</sup> <sup>u</sup> Syracusanam C<sup>1</sup> <sup>v</sup> Noth C<sup>1</sup>C<sup>2</sup>

unaquaque civitate maritima, que propicia divinitate a nobis capta fuerit vel nobis reddita deinde, rugam unam eorum negotiationibus<sup>w</sup> convenientem cum ecclesia, balneo, fundico et furno. Concedimus quoque eis, ut in aliqua terra, quam de cetero deo auctore conquisierimus eorum auxilio assistente, nullum dicitum, nullum pedaticum, dactam quamlibet, usantiam vel impositionem dent homines eorum, etiam si ab hinc nobis reddita fuerit. Concedimus quoque et damus consulibus et communi Ianue liberam potestatem expellendi Prouinciales et Francigenas euntes per mare vel redeuntes a negociatione totius Sicilie et totius maritime<sup>x</sup> et Calabrie et Apulie et omnis principatus Venetorum etiam, nisi ipsi Veneti gratiam nostram et bonam voluntatem fuerint consecuti. Et damus eis, quod in terris, quibus negociatum iverint, homines eorum habeant unum vel duos vel plures Ianuenses, qui inter eos iusticiam faciant et rationem, et quod mercatores eorum ubique libere possint habere suum pondus et suam mensuram, quibus inter se res mercesque suas recognoscant. Item concedimus et damus eis, quod, si quis adversus aliquem Ianuensem vel homines districtus eorum, qui sit Ianuensis, vel in terris, quas eis concessimus, querimoniam fecerit, non teneantur<sup>y</sup> Ianuenses<sup>y</sup> vel homo districtus eorum conquerenti facere rationem nisi ante Ianuenses iudices. Ibi quidem secundum leges nostras Romanas et bonas consuetudines eorum iusticiam faciant conquerenti. Et si nos preceperimus<sup>z</sup> alicui faciendam esse iusticiam, infra terminum convenientem ei iusticiam faciant Ianuenses iudices secundum quod predictum est. Quod si noluerint, ante nos ipsa iusticia fiat. Et concedimus eis, ut omnium mobilium, sicut est<sup>l</sup> in auro, argento, monetis et pannis sericis<sup>aa</sup> preter incisos, que ceperint ipsi Ianuenses, medietatem nos et alteram medietatem habeant ipsi Ianuenses, ita tamen, quod consules bona fide laborent, ut ipsa mobilia in ipsorum deveniant potestatem<sup>ab</sup> et sic disponantur. Reliqua<sup>ac</sup> omnia ex nostra liberalitate eis concedimus. Preterea quartam partem totius pecunie palatii preter gemmas, que ad nos pervenerit vel reddita fuerit, ipsis Ianuensibus imperiali liberalitate concedimus et bona fide studebimus, ut in nostram potestatem deveniat ipsa pecunia et sic disponatur sine fraude. Item voluntarie concedimus eis, ut, si a proxime preterito festo pasche<sup>ad</sup>, ex quo die de gratia nostra adipiscenda Ianuenses studuerunt<sup>ac</sup>, eorum pecunia capta vel detenta est a Siculo<sup>af</sup> vel aliqua persona per eum terra vel mari vel deinceps capta fuerit vel impedita, habeant ipsi<sup>ag</sup> Ianuenses<sup>ag</sup> vicesimam totius capte pecunie, que ad nos vel eos pervenerit, si dampnum<sup>ah</sup> tantum fuerit. Si vero minus fuerit, pro ratione amisse pecunie restitutio<sup>ai</sup> minuatur, ita tamen, quod dampnum amisse pecunie<sup>ai</sup> per iuramentum illorum, qui dampnum<sup>ah</sup> passi fuerint, cognoscatur vel consulum sub sua credulitate hoc iurantium<sup>aj</sup> sine fraude. Item generali edicto et banno speciali auctoritate imperatoria sanctiemus, ut nulla persona maior, minor vel media aliquatenus Ianuenses vel illos, qui cum eis fuerint, in rebus vel personis offendant. Et si quis temerario ausu contrafacere presumpserit, vindictam inde \* faciemus secundum quod in edicto et banno expressum fuerit, nisi quantum per parabolam non coactam illius, qui iniuriam passus erit<sup>ak</sup>, aut Ianuensium consulum remanserit. Nec cogemus exercitum Ianuensem alio ire nisi nominatim ad terras inter nos et eos expressas et nominatas absque eorum bona voluntate. Nec cogentur Ianuenses facere<sup>al</sup> nobis<sup>al</sup> ostem<sup>am</sup> vel expeditionem aliam preter istam, nisi si<sup>i</sup> perdiderimus, quod absit, civitatem aliquam de maritimis aut maritimas<sup>an</sup> ab Arelate usque ad Montem sancti Angeli et in Apulia atque Calabria vel Sicilia, quatenus ad eas partes poterunt navigio pervenire; tunc bona fide adiuvaunt nos perdita recuperare. Nec dstringentur amodo<sup>ao</sup> Ianuenses dare obsides vel pecuniam ipsi vel homines eorum districtus contra suam voluntatem. Et faciemus iurare consules Papie, Placentie, Terdone et Aste sive potestates earum civitatum et marchionem de Monteferrato et filios Enrici<sup>ap</sup> Guercii et marchiones de Bosco<sup>aq</sup> et marchionem Malaspinam<sup>ar</sup>, quod, quamdiu Ianuenses fuerint in expeditione nostra, nullam offensionem vel iniuriam faciant Ianuensi civitati vel in eius districtu vel hominibus de Ianuensi districtu aut in rebus eorum in aliqua parte, ubi habeant potestatem. Et si quis contrafacere voluerit, bona fide eos defendent et adiuvaunt. Et hoc totum in debito fidelitatis eis iniungemus. Et si ipsi offenderint, quod hoc bona fide emendent. Nostro quoque privilegio firmamus, quod nullus archiepiscopus, nullus episcopus, nullus dux, nullus marchio, nullus comes, nullus gastaldio, nulla magna vel parva imperii nostri persona in his<sup>as</sup>, que Ianuensibus consulibus et communi Ianue concessimus tam in civitate Ianue quam extra vel que deo auctore in futurum concedemus, inquietare, molestare, offendere vel disvestire<sup>at</sup> presumat. Et si quis contrafacere

**BB 155** <sup>w</sup> negociatoribus C<sup>1</sup> <sup>x</sup> marittime C<sup>2</sup> <sup>y</sup> teneatur Ianuensis VU. <sup>z</sup> precipimus C<sup>1</sup> <sup>aa</sup> siricis C<sup>1</sup> <sup>ab</sup> potestate C<sup>2</sup> VU. <sup>ac</sup> irrig regalia Hs. C der VU. <sup>ad</sup> pasce C<sup>1</sup> <sup>ae</sup> studuerint C<sup>1</sup> <sup>af</sup> Siculo C<sup>1</sup> <sup>ag</sup> ipsi Ianuenses *fehlt* C<sup>1</sup> <sup>ah</sup> dampnum B <sup>ai</sup> restitutio – pecunie *fehlt* C<sup>2</sup> <sup>aj</sup> sacramentum C<sup>1</sup> <sup>ak</sup> fuerit VU. <sup>al</sup> nobis facere C<sup>1</sup> <sup>am</sup> hostem B <sup>an</sup> maritimam VU. <sup>ao</sup> ammodo BC<sup>2</sup> <sup>ap</sup> Henrici C<sup>2</sup> <sup>aq</sup> Boscho B <sup>ar</sup> Malaspinam C<sup>1</sup> <sup>as</sup> hiis C<sup>2</sup> <sup>at</sup> divestire B

presumpserit, penam mille librarum auri puri componat, medietatem camere nostre et alteram medietatem ipsis Ianuensibus inferendam. Item non faciemus \* finem per nos nec fieri faciemus vel pacem vel treugam<sup>au</sup> vel guerram recredutam cum Tancredo<sup>av</sup> vel \* alio, qui teneat regnum Sicilie et Apulie contra nos in toto vel in parte sine voluntate consulum communis Ianue omnium vel maioris partis vel potestatis, qui pro tempore erit, vel illorum, qui preerunt voluntate consulum vel potestatis exercitui Ianuensium omnium vel maioris partis facta sine vi. Principes<sup>aw</sup> autem nostros, qui erunt in expeditione, hoc iurare faciemus sine fraude, et quod Ianuenses, qui erunt in expeditione, salvabunt<sup>ax</sup> nec eos offendent aut relinquent, nisi iusto dei impedimento remanserit, sine fraude et malo ingenio. Item si stando in servicio imperiali vel faciendo guerram pro eo aut postea ea occasione aliquis homo vel civitas fecerit vobis guerram, inde vos adiuvabimus bona fide usque ad pacem factam nec inde faciemus sine vobis finem<sup>ax</sup>.

Hoc est sacramentum, quod consules et cives Ianue<sup>ay</sup>, qui modo sunt et futuri sunt, facient domino Heinrico<sup>az</sup> Romanorum imperatori et semper augusto: In nomine domini amen. Ego iuro, quod ab hac hora<sup>ba</sup> in antea ero fidelis domino Heinrico<sup>az</sup> Romanorum imperatori et semper augusto, sicut de iure debeo domino et imperatori meo, et non ero in facto vel consilio, quod perdat vitam suam vel membrum, coronam vel imperium vel honorem suum aut civitatem Ianue<sup>bb</sup> vel comitatum aut eius districtum, et si perdidit, quod absit, iuvabo eum recuperare bona fide et retinere sine fraude contra omnes homines. Et iuro, quod commune Ianue faciet ei ostem et expeditionem per mare cum sua forcia bona fide absque fraude et malo ingenio, et iuvabo dominum imperatorem conquistare Siciliam et Apuliam et Calabriam et principatum Capue, quatenus ad eas partes navigio<sup>bc</sup> potest perveniri, et civitates adiacentes litoribus<sup>bd</sup> in partibus illis. Et si placuerit domino imperatori, anno presenti, scilicet in kal. sept., vel sequenti anno per totum maium<sup>be</sup> commune Ianue faciet ei ostem et expeditionem illam cum sua forcia bona fide. Et si anno sequenti<sup>i</sup>, quod deus avertat, iusto et evidenti impedimento expeditionem hanc complere non poterit<sup>bf</sup>, postea debemus prescire per annum tempus motionis, ita tamen, quod fiat a kalendis maii usque ad kal. sept., ita quod tunc movebit et, quantotius poterit<sup>bg</sup>, bona fide<sup>bg</sup> veniet ad exercitum domini imperatoris et postea non relinquet exercitum eius, nisi iustum et evidens dei impedimentum intercesserit, vel acquisitis terris supradictis aut redditus vel licentia domini imperatoris aut<sup>bh</sup> eius certi missi ad hoc destinati. Et si acquisita fuerit Sicilia vel Apulia vel Calabria vel principatus Capue, iuvabunt<sup>bi</sup> Ianuenses eum retinere, ita tamen, quod<sup>c</sup> non cogantur stare ibi, et si perdidit, quod absit, \* recuperare bona fide contra omnes homines et nominatim contra Tangredum vel alium quemlibet, qui aliquam illarum terrarum<sup>bj</sup> occupabit vel tenebit contra voluntatem domini imperatoris. Et non faciam finem neque pacem neque treugam<sup>au</sup> neque guerram recredutam cum eodem \* vel cum aliquo tenente aliquam supradictarum terrarum contra voluntatem domini imperatoris et absque eius parabola, et guerram inde faciam. Et iuro, quod faciam iurare bona fide \* absque malo ingenio omnes Ianuenses cives a XVI annis supra et a LXX<sup>a</sup> infra bona fide manu propria hoc sacramentum fidelitatis et pacti, et quod bona fide et<sup>bj</sup> absque fraude et malo ingenio hoc observabunt et quod bona fide iuvabunt eum retinere et, si perdidit, recuperare totam maritimam ab Arelate usque ad Montem sancti Angeli<sup>bk</sup>, et quod ipsam fidelitatem observabunt domino imperatori, quam consules iurant. Et iuro, quod nullum recipiam in consulatu Ianue<sup>g</sup>, qui hoc sacramentum omne non iuraverit. Et quicumque Ianuensis civis sub nostro consulatu iurabit in sacramento populi, ipse iurabit, quod ipsam fidelitatem, quam consules domino imperatori iurant, itidem per se observabit, hoc sane intellecto, quod consules Ianue<sup>g</sup> ordinare debeant de expeditione bona fide, qui ire debeant aut pro civitate remanere, et sic fiat<sup>bl</sup>. Et omni quarto anno hoc iuramentum ab hominibus Ianue renovabitur, qui illud non iuraverunt. Et si<sup>i</sup> sciero aliquem hoc iuramentum non prestitisse, consulibus communis Ianue<sup>g</sup> hoc manifestabo. Hec observabo bona fide, nisi quantum remanserit iusto dei impedimento vel licentia domini imperatoris aut eius certi nuncii ad hec sacramenta recipienda destinati. Vassalli Siculi vel omne hoc iurent vel a consulatu abstineant ex nunc, donec predictus exercitus fuerit consumatus. Ut autem auctore domino ista sint perpetuo valitura, hoc iuramentum fecerunt legati Ianue<sup>g</sup> Ido<sup>bm</sup>

**BB 155** <sup>au</sup> treugam B <sup>av</sup> Tangredo C<sup>1</sup>C<sup>2</sup> <sup>aw</sup> princeps irrig B <sup>ax</sup> salvabunt – finem weitgehend gleichlautend mit D.[138]; vgl. Vorbem. <sup>ay</sup> Ian mit Kürzungszeichen C<sup>1</sup> <sup>az</sup> Henricus, Henrici, Henrico C<sup>1</sup>C<sup>2</sup> <sup>ba</sup> die C<sup>1</sup> <sup>bb</sup> Ian mit Kürzungszeichen BC<sup>1</sup>C<sup>2</sup> <sup>bc</sup> fehlt BC<sup>2</sup> <sup>bd</sup> littoribus B <sup>bc</sup> annum C<sup>2</sup> <sup>bf</sup> VU., poterint wohl irrig BC<sup>1</sup>C<sup>2</sup> <sup>bg</sup> bona fide poterit C<sup>1</sup>, poterint C<sup>2</sup> <sup>bh</sup> vel C<sup>1</sup> <sup>bi</sup> iurabunt BC<sup>1</sup> <sup>bj</sup> fehlt C<sup>2</sup> <sup>bk</sup> Angelli C<sup>2</sup> <sup>bl</sup> VU., wohl irrig fiant BC<sup>1</sup>C<sup>2</sup> <sup>bm</sup> Ydo C<sup>1</sup>C<sup>2</sup>

Picius et Hugolinus Malonus<sup>bn</sup> ex mandato Manegoldi potestatis Ianue<sup>s</sup> et in animam ipsius in exercitu nostro iuxta Neapolim.

Hec est conventio facta inter dominum Henricum Romanorum imperatorem et predictos legatos Ianuensium<sup>bo</sup>, scilicet Idonem Picium et Hugolinum Malonum: In nomine domini amen.

Ego Ido<sup>bp</sup> Picius et Hugolinus Malonus ex mandato Manegoldi potestatis Ianue<sup>s</sup> pro civitate nostra paciscimur et convenimus cum domino Henrico Romanorum imperatore, quod fidelitatem, quam ei fecerimus, et sacramentum pacti omnes Ianuenses consules sive potestas, qui modo sunt et quicumque futuri sunt, iurabunt unusquisque propria manu, et Ianuenses et eorum consules et potestas semper facient et observabunt omnibus successoribus eius imperatoribus et regibus Romanis, quando requisiti fuerint a regibus vel imperatoribus Romanis per se aut certos nuncios suos<sup>bj</sup>, ita, quod ipsi concedant eis et confirment, quemadmodum dominus imperator nobis concessit et confirmavit. Et quodcumque domino imperatori divinitus fuerit inspiratum ire contra Sarracenos in toto regno Luppi et regis Maiorice et Minorice \*, commune Ianuense faciet ei ostem cum sua forcia et iuvabit eum bona fide absque fraude et malo ingenio ad subiugandum ea ad honorem dei et imperii<sup>bq</sup> Romani<sup>bq</sup>, ita tamen, quod totius terre et pecunie propterea capte vel redditte terciam partem habeamus. Et omnes, quos dominus imperator voluerit, faciet ei hominum.

Ut autem auctore domino concessionem, quas fecimus Ianuensibus, sint perpetuo valiture, Herdegenus pincerna noster per nostram parabolam et per nostrum preceptum iuravit super nos, quod eas observabimus. Id ipsum fide<sup>c</sup> data per manum dexteram promiserunt: Godefridus<sup>br</sup> patriarcha Aquilegensis<sup>bs</sup>, Philippus<sup>bt</sup> Coloniensis archiepiscopus, Willelmus Rauennas<sup>bu</sup> archiepiscopus, Otto Frisingensis<sup>bv</sup> episcopus, Otto dux Boemie, Conradus<sup>bw</sup> frater noster dux de Rotenb(ur)<sup>cx</sup>, Henricus<sup>az</sup> frater ducis Austrie, Theodericus<sup>by</sup> comes de Hostadin, Henricus<sup>az</sup> prothonotarius, qui etiam omnes huius rei testes sunt. Preterea huius rei testes sunt: Matheus Capuanus archiepiscopus, Bonifacius<sup>bz</sup> Nouariensis episcopus, Iacobus sancte Agathe episcopus, comes Rabodo de Ortenb(er)<sup>ca</sup>, comes Henricus<sup>az</sup> de Ortenb(er)<sup>c</sup>, comes Albertus de Bogin, comes Gerardus de Bertheim<sup>cb</sup>, comes Lambertus<sup>cc</sup> de Herffurdia<sup>cd</sup>, comes Guntherus de Keuerinberch<sup>ce</sup>, comes Gerardus de Tollenstein<sup>cf</sup>, comes Otto de Frantinhusin, comes Cuno de Negelingin<sup>cg</sup>, Henricus<sup>az</sup> Testa marscalcus<sup>ch</sup> et alii quam plures.

x Signum<sup>ci</sup> domini Henrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi. x (M.)

Ego Ditherus imperialis aule cancellarius vice domini Philippi<sup>cj</sup> Coloniensis archiepiscopi et totius Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup> primo, indictione VIII<sup>a</sup>, regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XXII<sup>o</sup>, imperii primo; dat. ante Neapolim per manum magistri Henrici<sup>az</sup> imperialis aule prothonotarii III<sup>o</sup> kal. iunii; feliciter amen<sup>ck</sup>.

## BB 161

*Heinrich setzt das Marienstift zu Aachen wieder in den vollen Genuß des Ertrages an Wein und Getreide aus dem Hofe Sinzig, der zu zwei Dritteln den Kanonikern, zu einem Drittel dem Propst (Protonotar Magister Heinrich) zufließen soll.*

*Im Lager vor Neapel, (1191) Juni 8.*

**BB 155** <sup>bn</sup> Mallonus <sup>C<sup>1</sup>C<sup>2</sup></sup> <sup>bo</sup> C<sup>1</sup>, Ianuen mit Kürzungszeichen <sup>BC<sup>1</sup></sup> <sup>bp</sup> Ydo <sup>C<sup>2</sup></sup> <sup>bq</sup> Romani imperii <sup>C<sup>1</sup></sup> <sup>br</sup> Godofridus <sup>C<sup>1</sup></sup> <sup>bs</sup> Aquilegensis <sup>C<sup>2</sup></sup> <sup>bt</sup> Phylippus <sup>C<sup>1</sup></sup>, Philipus <sup>C<sup>2</sup></sup> <sup>bu</sup> Rauenas <sup>C<sup>2</sup></sup> <sup>bv</sup> Frisingensis <sup>C<sup>2</sup></sup> <sup>bw</sup> Cunradus <sup>B</sup> <sup>bx</sup> Rotemb(ur)<sup>c</sup> <sup>C<sup>2</sup></sup> <sup>by</sup> Teodericus <sup>C<sup>1</sup></sup> <sup>bz</sup> Bonifacius <sup>C<sup>1</sup>C<sup>2</sup></sup> <sup>ca</sup> Ortemb(er)<sup>c</sup> <sup>C<sup>2</sup></sup> <sup>cb</sup> Bertheim <sup>C<sup>1</sup></sup> <sup>cc</sup> Lampertus <sup>B</sup> <sup>cd</sup> Hersfudia <sup>C<sup>1</sup></sup>, Hesfurdia <sup>C<sup>2</sup></sup> <sup>cc</sup> Keverinberch <sup>C<sup>1</sup></sup>, Keuorinberch <sup>C<sup>2</sup></sup> <sup>cf</sup> Tollestem <sup>C<sup>2</sup></sup> <sup>cg</sup> Negelengin <sup>B</sup> <sup>ch</sup> marischalcus <sup>C<sup>2</sup></sup> <sup>ci</sup> irrig signm <sup>B</sup> <sup>cj</sup> Phylippi <sup>C<sup>1</sup></sup> <sup>ck</sup> Goldbulle laut <sup>BC<sup>1</sup>C<sup>2</sup></sup>.

*Original in Düsseldorf, Landesarchiv Nordrhein-Westfalen, Hauptstaatsarchiv Düsseldorf, Aachen, St. Marien Urk. n° 18 (A).*

*Quix, CD. Aquensis 1/1, 27 n° 39 aus Kopialbuch des 13. Jh. – Lacomblet, UB. Niederrhein 1, 369 n° 528 aus A. – Meuthen, Aachener Urk. 223 n° 42 aus A. – Toeche Reg. 130. – Stumpf Reg. 4707. – Goerz, Mittelrhein. Reg. 2, 184 n° 658. – Clementi Reg. 12. – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 419 n° 532. – B.–Baaken Reg. 161.*

*Von unbekannter Hand geschrieben, die man im Umkreis des Aachener Marienstiftes suchen darf. Vermutlich wurde der Mundator vom Protonotar Magister Heinrich herangezogen, der bereits vorher in D.[158] als Aquensis bezeichnet wird und damals vorübergehend die Aachener Propstwürde erlangt haben dürfte, als Philipp von Schwaben Elekt von Würzburg war; vgl. Meuthen, Zs. des Aachener Geschichtsvereins 78, 49 f. und Csendes, Kanzlei 45 mit Anm. 27. Der Protonotar nahm offenbar im Anschluß an die Kaiserkrönung die Gelegenheit wahr, sich diese bedeutenden Einkünfte seiner neuen Pfründe zusichern zu lassen. Die Corroboratio zeigt Anklänge an den Kanzleistil. Die Arenga mit ihrem Hinweis auf die Aachener Königskrönung (prima unctio; vgl. dazu die Vorbemerkung bei Meuthen a.a.O.) wurde offenbar seitens des Empfängers gestaltet. Auf diesen geht sicher auch die ungewöhnliche Formulierung der abschließenden Wendungen, von dem Wort statuentes an, zurück. – Das Aachener Marienstift hatte in und um Sinzig seit der Karolingerzeit Rechte und Besitzungen; vgl. Nolden, Besitzungen und Einkünfte 217–224, van Rey, Fernbesitz 57–59 und Helbach, Sinzig v.a. 78 ff. – Zu den folgenden Auseinandersetzungen um Sinzig s. D.[254]. Danach betrug der Jahresertrag an Wein im folgenden Jahr offenbar 100 Fuder. Dorsualvermerk des 14. Jh.: privilegium, quod due partes curtis in Sinzeke sunt capituli Aquensis et tertia pars prepositi Aquensis.*

x Henricvs x dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Imperialis propositi nostri est cappellam nostram Aquensem piis promovere studiis, ut in his, quibus a prima sui fundatione ex gratuitis imperatorum et regum beneficiis ad divini cultus decorem collatis variis ex causis inminuta perpenditur, felicitatis nostrę tempore aliqua ex parte reparetur. Eius quippe augmentum et statum laudabilem desiderare debemus, in qua regnandi inicium et primam percipimus unctionem. Unde significato nobis defectu, quem fratres eiusdem cappellę in curte de Senzicha, cuius due partes ipsis, tertia vero preposito pertinere dinoscitur, multo ex tempore sustinuerunt exinde, quod propter reparationem vinearum, que perturbationis quodam tempore succisę et penitus vastate non nisi in quatuor karratis preposito et fratribus in octo artissimo tunc pacto<sup>a</sup> respondere poterant, et usque ad presentis temporis hubertatem et vinearum multiplicationem hec tam arcta pactio in dampnum ecclesię observabatur, nos consuetę pietatis humanitate inducti ecclesię et fratribus eo, quod sublata sit necessitas, que sic urgebat, a defectu pariter et iniuria duximus consulendum. Imperiali igitur auctoritate decernimus, ut fratres de cetero nullo mediante malo ingenio aut subtilitate suspecta duas in predicta curte totius utilitatis in vino et annona partes percipiant, prepositus<sup>b</sup> vero terciam, salvo tamen omnimodis iure prepositi in albergariis et serviciis, que sibi ex iure inibi persolvebantur. Ut autem hec nostra divalis ordinatio rata et omni tempore inconcussa permaneat, presentem inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione iussimus communiri statuentes et maiestatis nostrę vigore firmissime sancientes, ut nec prepositus nec aliqua in posterum cuiuscumque conditionis persona hanc ordinationem nostram convellere aut temeritatis ausu aliquatenus illi audeat contraire. Ex hoc igitur modico, quo predictis fratribus in iure suo assistimus, potiora postmodum a nobis optinendi fiduciam ministramus.

BB 161 <sup>a</sup> irrig am nächsten Zeilenanfang wiederholt <sup>b</sup> Kürzungsstrich über p fehlt



Data in castris circa Neapolim per manum magistri Henrici prothonotarii VI<sup>o</sup> idus iunii.

(SP.3.)<sup>c</sup>

**BB 166**

*Deperditum.* 5

*Heinrich gestattet den **Genuesen** die Heimkehr ihrer Flotte, kündigt sein Eintreffen in Genua an, um über die Aufstellung eines neuen Heeres für den Zug gegen Sizilien zu verhandeln, und beklagt die Entführung seiner Gattin (Konstanze) durch Tankred.*

*(Cassino, ehemals San Germano, 1191 vor September 20).*

*In den Annales Ianuenses des Otonobus (Mon. Germ. Script. 18, 106 Z 25–28; 10*  
*Annali genovesi ed. Belgrano – Imperiale di Sant'Angelo 2, 40 Z 22 – 41 Z 5) heißt*  
*es: Qui (sc. imperator) per Arnaldum Strictum nuntium suum et litteris suis*  
*exercitui repatriandi licentiam dedit dicens, quod ipsemet in propria persona*  
*veniret Ianuam de renovando et faciendo iterum exercitu ad obtinendum regnum*  
*Siciliae tractaturus, conquerendo etiam plurimum, quod rex Tanclerius abstulerat*  
*ei uxorem, quam fecerat de Salerno in Siciliam transportari. – Da der Kaiser am*  
*20. September bereits in Rieti urkundet (D.[167]), ist das Schreiben in die erste*  
*Hälfte des September zu setzen; vgl. dazu Clementi Reg. 15, Anm. 1. – Zu der*  
*Flottenhilfe Genuas für den Sizilienfeldzug Heinrichs VI. vgl. die Vorbemerkung zu*  
*D.[155]. – Nach dem Abbruch der Belagerung Neapels Ende August war die*  
*genuesische Flotte nach Civitavecchia gelangt, von wo aus Boten zu dem erkrankten*  
*Kaiser nach Cassino gesandt wurden mit der Bitte, er möge befehlen, was nun zu tun*  
*sei (Mon. Germ. Script. 18, 106; Annali genovesi a.a.O. 40). Daraufhin gab der*  
*Kaiser brieflich und durch seinen Gesandten Arnaldus Strictus die Erlaubnis zur*  
*Heimkehr. Das genuesische Heer kehrte nach Genua zurück, wohin Heinrich VI.*  
*nach den Angaben des Otonobus um das Martinsfest (11. November) zur Beratung*  
*über einen neuerlichen Heereszug kam (Mon. Germ. Script. 18, 106 Z 29–32;*  
*Annali genovesi a.a.O. 41 Z 5–10); vgl. B.–Baaken Nachtr. Reg. N 190. Der Kaiser*  
*ist urkundlich vom 12. bis zum 17. November in Genua nachweisbar*  
*(DD.[179–181]). – Zur Gefangennahme Konstanzes in Salerno vgl. Kölzer,*  
*Costanza d'Altavilla 348, Reisinger, Tankred 155 und Csendes, Heinrich VI. 103 f.*  
*– Clementi Reg. 15. – B.–Baaken Reg. 166 (vgl. Nachtr.).* 30

**BB 173**

*Heinrich erneuert den Bürgern von **Como** das D.[126].*

*Pisa, 1191 Oktober 20.* 35

*Abschrift des 13. Jh. einer notariellen Abschrift des Originals in den Vetera monumenta civitatis Novocomi, vol. 45, f. 13 in Como, Archivio di Stato, Archivio Storico Civico (C).*

*Tatti, Ann. di Como 2, 887 unvollst. – Toeche Reg. 136. – Stumpf Reg. 4713. – B.–Baaken Reg. 173.*

*Wörtliche Wiederholung des D.[126] unter kaiserlichem Namen. Die Vermutung liegt nahe, daß derselbe Notar dieses und das folgende Diplom ausgefertigt hat. Er verwendet den Kaisernamen statt des königlichen und gebraucht dabei einmal zu Unrecht sogar den völlig unüblichen Ausdruck imperialia statt regalia (Anm. g). In der Corroboratio hat er das Wort sigillum durch bulla ersetzt, das auch in D.[174] wiederkehrt, obwohl aus C eindeutig hervorgeht, daß beide Originale mit Wachssiegel beglaubigt waren. Vielleicht sollte damit die Feierlichkeit der kaiserlichen Neuausfertigungen unterstrichen werden. Der knappe Satz, durch den das ältere Diplom bestätigt wird (quod privilegium confirmamus), entspricht nicht dem Kanzleistil. Nicht aus der Vorurkunde übernommen wurde die Rekognition. Die textliche Übereinstimmung ist durch Petitsatz gekennzeichnet.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus sextus divina favente clemencia Romanorum imperator et semper augustus. Imperatorie liberalitatis nostre benignitas eam circa subiectionum suorum merita consuevit habere circumspectionis diligenciam, ut, quos purioris fidei sinceritas et obsequiorum laudabilis perseverancia ampliori<sup>a</sup> nobis devocione reddidit<sup>b</sup> commendatos, uberioribus nimirum beneficiorum collationibus decrevimus honorare. Noverit itaque universorum imperii fidelium tam presens etas quam successura posteritas, quod nos attendentes et memori pectore recolentes<sup>c</sup> honesta servicia, que cives Cumani patri nostro inclite<sup>d</sup> memorie Frederico divo augusto et nobis indefessa<sup>e</sup> semper devocione tribuerunt, concedimus eis in perpetuum plenam iurisdictionem seu districtum<sup>f</sup> vel fodrum et imperialia<sup>g</sup> et omnia, que spectant ad commoditatem comunis civitatis, videlicet in civitate<sup>h</sup> Cumana et per totum episcopatum et per comitatus<sup>i</sup>, qui sunt in episcopatu, salvo regali fodro, salvo quoque iure ducis Sueuorum<sup>j</sup> in loco Clauene exceptis hiis, que nunc ibi tenet commune Mediolanensium, salva eciam quarumcumque personarum proprietate, ita eciam, quod in locis illis, de quibus est vel fuit discordia inter comune Mediolanensium et Cumanos, utriusque parti ius suum salvum relinquatur. Precipue autem salve sint Cumano episcopo et ecclesiis<sup>k</sup> proprietates sue et, ut episcopus in episcopatu seu comitatibus<sup>l</sup> utatur similiter iure suo et iurisdictione predicta concessione manente. Concedimus quoque eis potestatem eligendi consules, sicut habent alie civitates Lombardie, et in appellationibus idem ius, quod habent civitates societatis, precipientes insuper, ut strate secure sint et libere omni tempore ad civitatem Cumanam in eundo et redeundo cum omni mercato et sine mercato, nec stratam Clauenne et Bilizone removebimus nec aliis ullo tempore concedemus. Nominatim autem concedimus eis iurisdictionem, ut supradictum est, in plebe Insula et Leni et Cliuiasca et Caruina et ius, quod habemus in castro Baradello, Surico et turri de Olonio et in aliis castris Cumani episcopatus. Et cum dux Suevie frater noster domino preduce redierit<sup>m</sup>, faciemus eum renunciare<sup>n</sup> iuri suo, quod habet in Surico et Olonio, cassantes et in irritum revocantes privilegia, si que predictis locis vel castris vel alicui persone a nobis seu a patre nostro contra hanc fortasse concessionem indulta sunt. Si autem aliquis locus Cumani<sup>o</sup> a nobis concessus rebellis \* extiterit, ponemus eum in banno et, quousque Cumanis obediat, eum non absolvemus. Si qua autem civitas vel locus de hac concessione auferre voluerit, eos citabimus et precipiemus eis, ut cessent, et si constiterit nobis, quod cessare noluerit, ponemus eos in banno infra duos menses et non absolvemus, quousque satisfecerint nobis et cessent ab infestacione Cumanorum. Cumani autem facient pacem et guerram ad mandatum nostrum et non facient societatem cum aliqua civitate sine mandato nostro. Et si ad mandatum nostrum guerram intraverint, non faciemus pacem sine eis et in ipsa guerra auxilium eis prestabimus. Si quis autem contra hanc concessionem nostram Cumani in toto vel in parte questionem moverit, audienciam eis non prebebimus<sup>p</sup>, sed silencium inponemus. Ad cuius rei cercius argumentum dedimus parabolam in presencia nostra Rudolfo<sup>q</sup> camerario in alio privilegio a nobis olim concessio<sup>1</sup>, ut iuret. Qui

**BB 173** <sup>a</sup> amplioris C <sup>b</sup> redidit C <sup>c</sup> recollentes C <sup>d</sup> indite C <sup>e</sup> indefensa C <sup>f</sup> destrictum C <sup>g</sup> statt regalia, vgl. Vorbem. <sup>h</sup> Kürzungsstrich über it <sup>i</sup> comittatus C <sup>j</sup> servorum irrig C <sup>k</sup> Kürzungsstrich fehlt <sup>l</sup> comittatibus C <sup>m</sup> reddierit C <sup>n</sup> renonciare C <sup>o</sup> überflüssige Kürzung über ni <sup>p</sup> plebebimus C <sup>q</sup> Redulfo C, emendiert nach D.[115]

**BB 173** <sup>1</sup> D.[126].

iuravit statim de hiis omnibus ex parte nostra conservandis. Consules vero Cumani Attus de Lucino, Lafrancus de Via, de credencia autem Gualdricus Sescalcus, Gaudencius de Fontanella ex parte Cumanorum in animam suam iuraverunt, quod hec omnia ex parte Cumanorum sint observanda, que omnia continentur in dicto privilegio iam a nobis facto<sup>1</sup>. Quod privilegium confirmamus. Ut igitur \*, que supradicta sunt, rata imperpetuum habeantur et inconvulsa, presentem inde paginam conscribi et nostre magestatis iussimus communiri bulla statuentes et edicto<sup>r</sup> imperiali sancientes<sup>s</sup>, ut nulla omnino persona alta et humilis, ecclesiastica vel<sup>t</sup> secularis contra eam venire vel ausu temerario presumat violare. Huius rei testes sunt: Bonifacius Nouariensis episcopus, Rofredus abbas de Monte Cassino, comes Theodericus de Hostade, comes Boppo de Wertheim<sup>u</sup>, comes Lodoicus de Otinghe, Robertus de Durno, Henricus camerarius de Lutria. 5 10

Signum domini Henrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonageximo primo, indictione X<sup>a</sup>, regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo<sup>v</sup>, anno regni eius vigesimo secundo, imperii vero primo; datum Pisis per manum Henrici magistri imperialis aule prothonotarii<sup>w</sup>, XIII kal. novembris<sup>x</sup>. 15

### BB 174

*Heinrich erneuert den Bürgern von **Como** das D.[128].*

*Pisa, 1191 Oktober 20.*

*Abschrift des 13. Jh. einer notariellen Abschrift des Originals in den Vetera monumenta civitatis Novocomi, vol. 45, f. 12' in Como, Archivio di Stato, Archivio Storico Civico (C). 20*

*Stumpf, Acta ined. 563 n° 402 aus C. – Toeche Reg. 137. – Stumpf Reg. 4713a. – Wauters, Table chronol. 711, 377 Reg. – B.–Baaken Reg. 174.*

*Wörtliche Wiederholung des D.[128] (VU. I) unter kaiserlichem Namen; vgl. die Vorbemerkung zu D.[173]. Corroboratio und Perturbationsverbot wurden in Anlehnung an D.[173] (VU. II) ausgestaltet. Die Vermutung liegt nahe, daß derselbe Notar beide Urkunden ausgefertigt hat. Beigefügt sind Poenformel und Zeugenliste, die dem D.[128] gefehlt hatten, das als schlichte, mit dem Wort profitemur eingeleitete Willenserklärung des Herrschers stilisiert ist. Zur Besiegelung vgl. die Vorbemerkung zu D.[173]. Die Abhängigkeit von den beiden Vorurkunden ist durch Petitsatz gekennzeichnet. 25 30*

Nos Henricus sextus divina favente clemencia Romanorum imperator et semper augustus profitemur, quod nos fidelibus nostris civibus Cumanis in Grabadona et Domaxio et toto plebato concessimus imperiali auctoritate plenam iurisdictionem seu districtum, fodrum et regalia et omnia, que ad commoditatem comunis civitatis pertinent, excepto et salvo fodro regali, salva eciam proprietate uniuscuiusque in predictis locis, cassantes et in irritum revocantes, si qua scripta vel privilegia eisdem locis a<sup>a</sup> serenissimo<sup>a</sup> patre nostro Frederico Romanorum imperatore \* augusto felicis memorie contra hanc nostram concessionem sunt indulta. Si autem predicta loca Cumanis non obedierint, ponemus ea in banno nostro infra duos menses post nostram citationem et a banno eosdem homines 35 40

**BB 173** <sup>r</sup> hedito C <sup>s</sup> sancientes C <sup>t</sup> fehlt C <sup>u</sup> Gertem C, emendiert etwa nach DD.[99,103,107] <sup>v</sup> gloriosissimo C <sup>w</sup> pronotarii C <sup>x</sup> nach der notariellen Beglaubigung, die C als Vorlage diente, mit Wachssiegel besiegelt.

**BB 174** <sup>a</sup> asserenissimo C

non absolvemus, usque dum Cumanis satisfecerint et obedientes extiterint. Si quis eciam contra hanc nostram concessionem Cumanis in toto vel in parte questionem movere voluerit, audienciam ei non prebebimus et silencium inponemus. Si qua vero civitas vel locus de hac concessione aliquid aufferre voluerit, eos citabimus et precipiemus eis, quod cessent, et si constiterint nobis, quod cessare noluerint, ponemus eos in banno infra duos menses et non absolvemus, quousque satisfecerint nobis et cessent ab infestacione Cumanorum, sicut in alio<sup>b</sup> privilegio continetur sepedictis Cumanis a nostra celsitudine indultum<sup>1</sup>. Ad cuius rei pleniorum certitudinem | presentem \* paginam scribi iussimus et nostre auctoritatis bulla communiri statuentes et imperiali edicto sanctientes, ut \* contra hoc magestatis et concessionis nostre scriptum<sup>c</sup> nulla omnino persona \* venire audeat aut sepedictos fideles nostros inquietare attemptet. Quod qui fecerit, in ultionem temeritatis sue centum libras auri componat, medietatem camere nostre, reliquam partem personis iniuriam passis. Huius rei testes sunt: Bonefacius Nouariensis episcopus, Rofredus abbas Montis Cassini, Teodericus comes de Hostade, Bopo comes de Wertheim<sup>d</sup>, Luduicus comes de Otingen, Robertus de Durne, Henricus camerarius de Lutra et alii quam plures.

Dat. Pisis anno ab incarnatione domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>I<sup>o</sup>, indictione X<sup>a</sup>, XIII kal. novembris<sup>e</sup>.

### BB 179

*Heinrich ernennt **Bonus Iohannes** und **Bonus Villanus** zu Notaren des Reiches und erteilt ihnen die Investitur.*

*Genua, (1191 November 12).*

*Eintrag zu 1191 November 12 in der Originalimbreiatur des Notars Guilielmus Cassinensis in Genua, Archivio di Stato, Notai antichi, cartolare n° 6, f. 68' (Imbr.).*

*Ficker, MIÖG 5, 314 aus Imbr. – Desimoni, Tre documenti genovesi 234 n° 1 aus Imbr. – Hall – Krueger – Reynolds, Guglielmo Cassinese 2, 82 n° 1323 aus Imbr. – Stumpf Reg. 4717a. – B.–Baaken Reg. 179 (vgl. Nachtr.).*

*Die Zeitangabe ea die bezieht sich auf den in dem Imbreiaturbuch vorangehenden Eintrag mit der Datierung die XII novembris.*

*Bei diesem und den beiden folgenden Stücken handelt es sich um Einträge im Imbreiaturbuch des Genueser Notars Guglielmo Cassinese. Der Text weist einige Versehen und Korrekturen auf. Zwei der Korrekturen fallen auf: Bonus Iohannes wird als Schreiber der Genueser Konsuln de iusticia bezeichnet. Zunächst hatte der Notar de foretanis geschrieben (vgl. Anm. d). Der Notar bemerkte seinen Irrtum sofort, strich das Wort durch und setzte mit dem richtigen de iusticia fort. Bonus Iohannes war zuvor tatsächlich scriba consulum foritanorum gewesen (Imbreiatur des Oberto Scriba de Mercato von 1186 November 14; ed. Chiaudano, Oberto Scriba de Mercato 97 n° 261). Zu den Konsuln de foretanis in Genua vgl. etwa Filangieri, Famiglie 196 und Bezzina, Social landscapes 183. Besonders bemerkenswert ist eine weitere Korrektur, die mit der Bezeichnung der Notare als Notare sacri imperii zusammenhängt. An Stelle des Wortes imperii hatte der Notar zunächst palatii geschrieben. Erst nachträglich strich er das Wort und schrieb imperii darüber; vgl. bereits Petersohn, Rom und der Reichstitel 91 Anm. 74. Zur*

BB 174 <sup>b</sup> allio C <sup>c</sup> scripturam C <sup>d</sup> Gertheim C, emendiert etwa nach DD.[99,103,107] <sup>e</sup> nach der notariellen Beglaubigung, die C als Vorlage diente, mit Wachssiegel besiegelt.

BB 174 <sup>1</sup> D.[128].

- Verwendung von sacrum imperium als Teil einer Amtsbezeichnung vgl. Schwarz, Herrscher- und Reichstitel 106 f. Zur Verwendung des Begriffes notarius sacri imperii in den neunziger Jahren des 12. Jahrhunderts in Italien vgl. Petersohn a.a.O. 91. Ein früheres Beispiel aus Genua bietet Odo notarius sacri imperii 1181 (ed. Calleri, CD. S. Stefano 1, 268 n° 165), ein späteres Albinus sacri imperii notarius (1196 und 1197; ed. Calleri a.a.O. 324 n° 207 und 355 n° 243). 5*
- Der Kaiser ist in der ersten Person redend eingeführt, nur die am Schluß angefügte Bemerkung über die vollzogene Investitur spricht von ihm in der dritten Person. Ficker, MIÖG 5, 315 f. verweist auf zahlreiche Parallelen im Chartular der Genueser Notare Giovanni Scriba (1155–1164) und Lanfrancus (1180) (ed. Chiaudano – Moresco, Cartolare Giovanni Scriba 1 und 2). Im Imbreviaturbuch des Guglielmo Cassinese ist die Verwendung der ersten Person jedoch die Ausnahme, meist werden die Akte in der dritten Person aufgezeichnet. – Zur Eintragung der Imbreviaturen und ihrem rechtlichen Charakter vgl. Ficker, MIÖG 5, 313–319 und Desimoni, Tre documenti genovesi 23–234. 10*
- In einem Eintrag in dem Imbreviaturbuch vom darauffolgenden Tag werden Bonus Iohannes scriba und Bonus Villanus notarius als Zeugen genannt, ohne ihre neue Würde anzuführen (ed. Hall– Krueger– Reynolds, Guglielmo Cassinese 2, 84 n° 1326). 15*
- Bonus Iohannes ist 1199 und 1201 als sacri imperii notarius belegt (1199 Juni 17, ed. Beretta – Belgrano, Secondo registro 164; 1201 September 3, ed. Beretta – Belgrano a.a.O. 240 und 265); vgl. Rovere, Publici testes 327 mit Anm. 179. – Bonus Villanus, Sohn des Notars Giordano, wird in der Literatur meist mit dem Notar Bonvillano gleichgesetzt, von dem sich ein Imbreviaturregister von 1198 erhalten hat; vgl. etwa Moresco – Bognetti, Per l'edizione 109, Eierman – Krueger – Reynolds, Bonvillano V–VIII, Costamagna, Notaio a Genova 21 und Carosi, Imbreviature Bonvillano 101–1020. Dieser bezeichnet sich jedoch nie als notarius sacri imperii. Allerdings testiert auch in den Imbreviaturen des Guglielmo Cassinese Bonus Villanus notarius unmittelbar nach der Ernennung 1191 November 20 (ed. Hall – Krueger – Reynolds a.a.O. 2, 92 n° 1345) ohne Erwähnung der neuen Würde, nicht anders als zuvor 1191 Juni 17 (ed. Hall – Krueger – Reynolds a.a.O. 1, 294 n° 741) und 1186 September 24 (ed. Chiaudano, Oberto Scriba de Mercato 13 n° 34). 20*
- Die Investitur fand in Anwesenheit zweier Bischöfe und dreier Hofrichter durch den Kaiser statt, war also ein feierlicher Akt. Anselmo Garrio war mehrmals Konsul, Guglielmo Caligepallii Notar, claviger und Kanzler in Genua; vgl. zu letzterem etwa Macconi, Oberto Cancelliere 32. Beide müssen damals schon in vorgerücktem Alter gewesen sein und, gemeinsam mit Otobonus Scriba, Notariat und Kommune von Genua würdig vertreten haben. 25*
- Über den Aufenthalt des Kaisers in Genua um den 11. November berichtet Otobonus (imperator circa festum sancti Martini venit in Ianua; Otobonus Scriba, Annales Ianuenses, ed. Mon. Germ. Script. 18, 106 Z 30 und Annali genovesi ed. Belgrano – Imperiale di Sant'Angelo 2, 41 Z 7). 30*
- Es dürfte sich um die älteste bisher bekannte urkundliche Notarsernennung durch einen Kaiser beziehungsweise König handeln; vgl. Ficker, Forschungen 2, 71 und ders., MIÖG 5, 315. In einem Notariatsinstrument des kaiserlichen Hofnotars Martinus Filippi von 1186 Oktober 8 (B.–Baaken Reg. 21; ed. Savioli, Ann. bolognesi 2/2, 146 n° 282; vgl. die Vorbemerkung zu D.[20]) werden die Investitur eines öffentlichen Notars (notarius publicus) durch Heinrich VI. (investivit Belinzonum de Florencia de arte et officio notarie) und der Treueid des Notars an den König und seinen Vater, Kaiser Friedrich I., (iuravit fidelitatem ipsi domino regi et patri suo Frederico invictissimo Romanorum imperatori augusto, ut est mos notariorum et vasallorum suo regi et imperatori iurare) ebenso festgehalten wie sein Notarseid, wonach er keine gefälschten Notariatsinstrumente oder Urkunden herstellen, keine falschen Zeugen oder Urteile aufschreiben und über die Verhandlungen Stillschweigen bewahren werde (non faciet instrumentum aut membranum falsum ... falsos testes aut sentencias se sciente non scribet. Dicta 35*
- 50*
- 55*

eorum aut sententiarum alicui non pandet, nisi hoc fecerit parabola eorum, sub quibus ipsos testes aut sententias scribet). – Zur Ernennung von Notaren durch den König oder die Konsuln beziehungsweise die Kommune vgl. Ficker, *Forschungen* 2, 70–75 § 246 f., *Costamagna, Notaio a Genova* 18–22, *Rovere, Publici testes* 326–328, *dies., Notaio e publica fides* 321 f., *Bartoli Langeli, Notariato* 84–86 und *Calleri, CD. S. Stefano* 1, XXIV f. 5

Zusätzlich zu dem Eintrag in das Imbreviaturbuch eventuell ausgestellte Pergamenturkunden über die Ernennung der beiden Notare sind nicht erhalten. Jedoch wurde der Eintrag, so wie alle anderen auf dieser Seite, durch mehrere leicht schräg rechts stehende Vertikalstriche kanzelliert, wobei der auf die Ernennung des Bonus Villanus bezügliche Satz durch eigene Striche getilgt wurde. Das dürfte doch auf die Ausstellung eigener Urkunden hindeuten; vgl. schon Hirschfeld, *Drei neue Kaiserurkunden* 151. Aus Genueser Notarsakten der zweiten Hälfte des 13. Jahrhunderts sind Hinweise bekannt, mit denen die Notare ihre Verwendung von Kanzellierungsstrichen erklären, um jene für die Ausstellung von Pergamenturkunden von jenen für einvernehmliche Tilgung zu unterscheiden; vgl. Ferretto, *Liber magistri Salmonis XXXIII f. mit Anm. 1.* 10

Am 17. November investierte der Kaiser nahezu gleichlautend zwei weitere Notare (D.[181]). Vgl. auch D.[180]. 15

Testes<sup>a</sup> dominus Albertus episcopus Uercellensis, dominus episcopus Bonifatius Nouariensis, Arnaldus Strictus, Otto Condatarius<sup>b</sup>, Albertus Cremonensis iudices curie, Wilielmus Caligepallii, Ottobonus scriba, Anselmus Garrius. In palatio archiepiscopi Ianuensis<sup>c</sup>, ea die<sup>c1</sup>. 20

Nos Enricus dei gratia Romanorum imperator augustus Bonum Iohannem scribam consulum de iusticia<sup>d</sup> notarium sacri imperii<sup>e</sup> constituimus plenam ei dantes auctoritatem instrumenta publica iuxta morem eius offitii condendi et ea per omnia exequendi pro loco et tempore, ubicumque<sup>f</sup> fuerit<sup>f</sup>, que<sup>g</sup> ad ipsius offitii amministrationem exiguntur. Similiter<sup>h</sup> constituimus notarium Bonum Uillanum filium Iardani<sup>i</sup> notarii per omnia, ut supra. Et eum investivit. 25

### BB 180 30

*Heinrich legitimiert Wilhelm, den unehelichen Sohn des Robertus aus Leivi und der Agnes, und verleiht ihm das ius aureorum anulorum, indem er ihn mit einem goldenen Ring investiert.*

*Genua, 1191 November 17.*

*Eintrag zu 1191 November 17 in der Originalimbreviatur des Notars Guilielmus Cassinensis in Genua, Archivio di Stato, Notai antichi, cartolare n° 6, f. 69' (Imbr).* 35

BB 179 <sup>a</sup> am linken Rand von erster Hand Boni Iohannis <sup>b</sup> Imbr. irrig statt Cendadarius <sup>c</sup> Ianuensis – die von erster Hand am rechten Rand eingefügt <sup>d</sup> zuvor statt dessen irrig foretanis, von erster Hand sofort gestrichen <sup>e</sup> von erster Hand über durchgestrichenem palatii <sup>f</sup> von erster Hand über der Zeile eingefügt <sup>g</sup> davor que ad ipsius offitii condendi et ea per omnia exequendi; die Worte wurden offenbar versehentlich wiederholt und hätten ebenso vom Schreiber gestrichen werden sollen, wie dies in D.[181] geschehen ist; danach folgt gestrichen pro loco et tempore <sup>h</sup> am linken Rand von erster Hand Boni Uillani <sup>i</sup> Imbr. wohl irrig statt Iordani.

BB 179 <sup>1</sup> 1191 November 12; vgl. Vorbem.

Ficker, *MIÖG* 5, 314 aus *Imbr.* – Desimoni, *Tre documenti genovesi 234 n° II* aus *Imbr.* – Hall – Krueger– Reynolds, *Notai liguri 2/2*, 89 n° 1337 aus *Imbr.*– Stumpf *Reg. 4717a.*– B–Baaken *Reg.* 180.

Zu dem Eintrag in dem *Imbreviaturbuch* des Genueser Notars Guglielmo Cassinese vgl. die Vorbemerkung zu D.[179]. Der Eintrag wurde durch zwei leicht schräge Vertikalstriche kanzelliert; vgl. die Vorbemerkung zu D.[179].

Als Beweismittel wird ausdrücklich die Niederschrift durch einen öffentlichen Notar angegeben (per manum publicam scribi).

Es dürfte sich um die älteste bisher bekannte urkundliche Legitimation eines unehelichen Kindes durch einen Kaiser beziehungsweise König handeln; vgl. Ficker, *MIÖG* 5, 315.

Zu dem *ius aureorum anulorum* zur gesellschaftlichen Gleichstellung im römischen Recht vgl. Kaser, *Römisches Privatrecht* 1, 299 § 70 I. Zur Legitimation unehelicher Kinder als kaiserlichem Gnadenakt im römischen Recht vgl. Kaser *a.a.O.* 2, 221, § 230 II.3.

(C.) x In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus. x Imperialis magnificentie nostre celsitudinem decet plurimum et exornat, ut fidelium nostrorum, qui constantis fidei sinceritate ad exaltationem imperii nec non patris nostri Frederici<sup>a</sup> Romanorum imperatoris divi augusti honorem amplificandum laborare consueverunt, obsequiis inspectis ad commoditatis ipsorum et honoris laudabilem processum ardentem intendamus. Qua sane inducti consideratione puram fidem et intensam devotionem fidelium nostrorum Cremonensium attendentes commendabilium obsequiorum suorum intuitu, que patris nostri et nostrę maiestati<sup>b</sup> perseveranter exhibuisse dinoscuntur<sup>c</sup>, notum facimus universis tam presentis quam future etatis imperii nostri fidelibus, quod nos devotis fidelibus nostris Wizaro comiti de Crema et Alberto Strucio curie nostre iudici nuntiis<sup>d</sup> communis Cremonensium vice ipsius communis et pro communi promittimus, quod omnia iura, actiones, rationes et bonas eorum consuetudines, quas habent, bona fide iuvabimus eos manutenere, defendere et recuperare. Et quicquid tenent et possident, iuvabimus eos contra unamquamque civitatem, locum et personam, que non sit de hac societate<sup>1</sup> Bonifacii videlicet marchionis Montisferrati, Cremonensium, Papiensium, Laudensium, Pergamensium et Cumanorum, manutenere et defendere. Et si aliqua civitas, locus vel persona in hiis<sup>e</sup>, que ipsi tenent vel possident, violentiam eis fecerit vel ipsi alia de causa aliquem in ius vocaverint, statim cum super hoc per eos vel per litteras suas fuerimus requisiti, civitatem, locum vel personam vocabimus ad presentiam nostram, et si venerint, facturi iusticiam sub nobis infra spatium unius mensis, ex quo requisiti fuerimus<sup>f</sup>, postea causam ipsam infra spatium trium mensium diffiniemus, nisi per ipsos Cremonenses steterit. Et si non venerint, videbimus testes et probationes eorundem Cremonensium, et si probaverint, quod fuerint in possessione, ipsos in eam mittemus infra predictum spacium et civitatem, locum et personam in banno nostro infra predictum terminum ponemus nec extrahemus a banno, nisi eis satisfecerint ad preceptum nostrum factum cum consilio maioris partis<sup>g</sup> huius societatis, et exinde guerram eis faciemus, si<sup>g</sup> fuerimus<sup>g</sup> in Lombardia<sup>h</sup>, sed si in Lombardia<sup>h</sup> non fuerimus, vasallis<sup>i</sup> et omnibus fidelibus nostris in Italia existentibus<sup>i</sup> sub debito fidelitatis et sacramento, quo nobis tenentur, mandabimus, ut eos adiuvent. Et societatem antiquam destruemus et istam manutenebimus et augmentabimus nec cum aliqua civitate, loco vel persona pactum aliquod contra hanc societatem faciemus. Et omnia, que predicta sunt, observabimus universis civitatibus, locis et personis, qui hanc societatem de nostra licentia intrabunt. Concessionones, dationes et privilegia, que pater noster fecit vel nos fecimus, rata et firma

**BB 225** <sup>a</sup> Friderici *C* <sup>b</sup> magestati, magestatis *B* <sup>c</sup> dinoscuntur *B* <sup>d</sup> nonciis, noncios *B* <sup>e</sup> his *B* <sup>f</sup> fuerint *BC* <sup>g</sup> von erster Hand über der Zeile eingefügt *C* <sup>h</sup> Lombardia *B* <sup>i</sup> vasallis nostris in omnibus fidelibus in Italia existentibus *B*

**BB 225** <sup>1</sup> vgl. Vorbem.

tenebimus. Et si civitas aliqua, locus vel persona de hac societate aliquid de predictis non observaverit, nichilominus concordia rata manebit, sed illud, quod non fuerit observatum, emendabitur in arbitrio nostro et totius aut maioris partis societatis, alioquin ei civitati, loco vel persone alii de hac societate werram movebunt. Et si guerram pro nobis intrabunt, non faciemus pacem vel treugas sine consilio totius aut maioris partis huius societatis. Ut autem hec prescripta promissio nostra rata observetur, Otto Babenbergensis, Otto Frisingensis et Heinricus Wormatiensis episcopi de mandato nostro fidem dederunt et frater noster Conradus dux Suevie, Lupoldus dux Austrie et Stirie, Bertoldus dux Meranie, Cuno de Mincenberg<sup>j</sup>, Marquardus dapifer et Heinricus pincerna de Lutra<sup>2</sup> iuraverunt. Versa vice sepedicti Cremonenses bone voluntatis nostre studium et gratie ac dilectionis nostre augmentum circa ipsos considerantes ad propensioem et magis expressam devotionis et fidei sue memoriam per supradictos nuntios<sup>d</sup> ipsorum Wizardum comitem de Crema et Albertum Strucium pro communi eorum et vice communis promiserunt nobis et successoribus nostris Romanorum imperatoribus seu regibus, quod bona fide iuvabunt nos manutenere, defendere et recuperare omnia iura, actiones et rationes, quas imperium habuit vel habere debuit, habet vel habere debet, habebit vel habere debet vel pater noster habuit vel nos habemus vel habituri sumus, contra omnem civitatem, locum vel personam, que non sit de eorum societate. Et omnes promissiones, que nobis vel patri nostro facte sunt vel nobis fient, iuvabunt nos manutenere et obtinere et precipue terram comitisse Mathildis<sup>k</sup>. Item privilegia omnia, quibus derogatum est, bona fide iuvabunt nos recuperare et ea, que in suo robore adhuc consistunt, rata tenere et inconvulsa. Item omnes possessiones et iurisdictiones, quas imperium tenuit et possedit et nos tenemus vel tenebimus, possidemus vel possidebimus in civitatibus, episcopatibus, districtibus, comitatibus, locis, rebus et personis bona fide iuvabunt nos recuperare, manutenere et defendere nec imminuent nec imminuenti consentient. Et bona fide operam dabunt ad aliam societatem destruendam et imminuendam et istam promovendam. Nec facient pactum cum alia societate sine nostra parabola nec aliquem assument in eorum societatem sine nostra parabola. Et bona fide nos iuvabunt in omnibus guerris nostris, quas habemus vel habituri sumus in Lombardia<sup>h</sup>, contra omnem civitatem, locum vel personam, que non sit de hac societate, sive illa civitas, locus vel persona sit caput guerre vel non. Et nos nuntium nostrum eis adiungemus, qui in guerris nostris ducentos milites tenebit. Omnes quoque captivos, quos in iam dictis guerris ceperint, ad redemptionem captivorum nostrorum et suorum dabunt. Si quos autem superfluos habuerint, sine mandato nostro non restituent. Possessiones etiam, quas ab inimicis eorum abstulerint, si imperio placuerit illas tenere, imperium eas tenebit. Si autem imperio illas tenere non placuerit, eas a nobis in feudo tenebunt. Item concambium denariorum competens et mercatum aliarum rerum pro competenti precio dabunt nobis bona fide et sine fraude. Si vero contingat, quod Padum vel aliam aquam, que vadari non possit, transire debeat exercitus, per pontes expeditum nobis facient transitum et exercitui, et nominatim pontem facient in Warstalla, si guerra erit. De hiis autem omnibus hec facta est nobis securitas, quod supradicti comes Wizardus de Crema et Albertus Strucius ex parte communis et pro communi Cremonensium iuraverunt, quod et ipsi et omnes de communi Cremonensium a XV annis supra usque ad LX<sup>a</sup> annos iurabunt hec se firmiter observaturos et singulis quinquenniis hoc iuramentum renovabunt. Et semper deinceps nobis et successoribus nostris imperatoribus seu regibus Romanis erunt obligati et eandem securitatem prestabunt, si ipsi successores nostri eis voluerint esse obligati et securitatem, que dicta est, prestari fecerint. Insuper etiam, si quam potestatem aut consules inter se elegerint, illos idem iurare cum eis facient in iuramento, quod civitati prestabunt de consulatu vel regimine. Ut autem hec omnia tam ex parte nostra quam ipsorum rata deinceps observentur et inviolata, presentem inde paginam conscribi iussimus et maiestatis<sup>b</sup> nostre sigillo communiri. Huius rei testes sunt: Ortolfus prepositus, Berardus<sup>l</sup> Esculanę ecclesie

BB 225 <sup>1</sup> Mincemberc B <sup>k</sup> D.[227], Meithildis BC <sup>1</sup> Berrardus B

BB 225 <sup>2</sup> vgl. *Vorbem.*

archidiaconus, Fridericus prefectus de Nuremberc<sup>m</sup>, Fridericus comes de Abimberc, comes Boppo de Wertheim, Gebehardus comes de Tollenstein et alii quam plures.

x Signum domini Heinrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi. x (M.)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>III<sup>o</sup>, indictione X<sup>a</sup>, regnante domino Heinrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius XX<sup>o</sup>III<sup>o</sup>, imperii vero secundo; dat. apud Wirceburc per manum Sigeloi imperialis aule prothonotarii quinto idus iunii. 5

## BB 227

*Heinrich schließt mit der Kommune Como einen gegenseitigen Unterstützungsvertrag, der sich insbesondere gegen alle richtet, die dem Bündnis zwischen Markgraf Bonifaz von Montferrat und den Städten Cremona, Pavia, Lodi, Bergamo und Como nicht angehören.* 10

Würzburg, 1192 Juni 9.

*Abschrift des 13. Jh. einer notariellen Abschrift des Originals in den Vetera monumenta civitatis Novocomi vol. 45, f. 14' in Como, Archivio di Stato, Archivio Storico Civico (C).* 15

*Rovelli, Storia di Como 2, 362 n° 22 aus C. – Mon. Germ. Const. 1, 493 n° 347 aus C. – Böhmer Reg. 2808. – Toeche Reg. 177. – Stumpf Reg. 4752. – B.–Baaken Reg. 227.*

*Kanzleidiktat. – C fügt nicht selten in den Text ein überflüssiges et ein; diese und manche andere Flüchtigkeitsfehler wurden von uns nicht berücksichtigt. Einige in C ausgelassene Worte wurden nach D.[225] ergänzt. – Das Inkarnationsjahr ist um eine Einheit zu hoch angegeben; vgl. die Vorbemerkung zu D.[199].* 20

*Am selben Tag wurde ein nahezu wortgleicher Vertrag mit Cremona abgeschlossen (D.[225]); beide Urkunden haben dieselben Zeugen. Zusätzlich zu dem beiden Verträgen gemeinsamen Text hinzugefügt wurde die Bestimmung, daß der Vertrag keine Auswirkungen auf die Rechte des Reiches oder Comos an Chiavenna haben solle. Zu den Rechten des Herzogs von Schwaben und des Reiches an Chiavenna vgl. Maurer, Chiavenna 346–348 und Becker, Chiavenna 26 f. Vgl. dazu die DD.[126 und 204]. Abgeändert ist weiters die den Cremonesen auferlegte Pflicht, für das Heer Brücken über unwegsame Gewässer, vornehmlich über den Po, zu errichten, die Como nicht abverlangt wird. In beiden Verträgen ausdrücklich festgehalten ist, daß die alle fünf Jahre zu erneuernde Beeidung des Vertrages in den Amtseid des Podestà und der Konsuln aufzunehmen ist. Zu diesen Amtseiden vgl. Schulte, Kontrolle kommunalen Handelns 510–519 und Keller, Oberitalienische Statuten 300 f. Zur Rolle des Podestà in Como vgl. Besta, Storia del comune di Como 418. Wie auch in D.[225] wurden die Abmachungen auf kaiserlicher Seite auf Befehl des Kaisers durch die Bischöfe von Bamberg, Freising und Worms beeidet und ungewöhnlich zahlreich durch die Herzöge Konrad von Schwaben, Leopold von Österreich und Berthold von Meranien sowie durch Kuno von Münzenberg, Markward von Annweiler und Heinrich von Lautern beschworen. Für Como versprach Guillelmus Grecus eidlich einen Schwur der Bewohner Comos, der alle fünf Jahre zu erneuern wäre. Guillelmus Grecus ist 1182 als consul de iustitia belegt (vgl. Campiche, Comunalverfassung von Como 232) und 1187 für Como anwesend bei dem Entscheid des Hofrichters Passaguerra in einem Rechtsstreit zwischen Mailand und Bergamo (D.[65]). Zur* 30

*Wie auch in D.[225] wurden die Abmachungen auf kaiserlicher Seite auf Befehl des Kaisers durch die Bischöfe von Bamberg, Freising und Worms beeidet und ungewöhnlich zahlreich durch die Herzöge Konrad von Schwaben, Leopold von Österreich und Berthold von Meranien sowie durch Kuno von Münzenberg, Markward von Annweiler und Heinrich von Lautern beschworen. Für Como versprach Guillelmus Grecus eidlich einen Schwur der Bewohner Comos, der alle fünf Jahre zu erneuern wäre. Guillelmus Grecus ist 1182 als consul de iustitia belegt (vgl. Campiche, Comunalverfassung von Como 232) und 1187 für Como anwesend bei dem Entscheid des Hofrichters Passaguerra in einem Rechtsstreit zwischen Mailand und Bergamo (D.[65]). Zur* 35

*Wie auch in D.[225] wurden die Abmachungen auf kaiserlicher Seite auf Befehl des Kaisers durch die Bischöfe von Bamberg, Freising und Worms beeidet und ungewöhnlich zahlreich durch die Herzöge Konrad von Schwaben, Leopold von Österreich und Berthold von Meranien sowie durch Kuno von Münzenberg, Markward von Annweiler und Heinrich von Lautern beschworen. Für Como versprach Guillelmus Grecus eidlich einen Schwur der Bewohner Comos, der alle fünf Jahre zu erneuern wäre. Guillelmus Grecus ist 1182 als consul de iustitia belegt (vgl. Campiche, Comunalverfassung von Como 232) und 1187 für Como anwesend bei dem Entscheid des Hofrichters Passaguerra in einem Rechtsstreit zwischen Mailand und Bergamo (D.[65]). Zur* 40

*Eidesleistung für den Kaiser vgl. die Vorbemerkung zu D.[126]. Zu dem Bündnis der genannten Städte und des Markgrafen von Montferrat vgl. die Vorbemerkung zu D.[225].*

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus sextus divina favente clemencia Romanorum imperator et semper augustus. Imperialis magnificencie nostre celsitudinem decet plurimum et exornat, ut fidelium nostrorum, qui constantis fidei sinceritate ad exaltacionem imperii nec non patris nostri Frederici Romanorum imperatoris divi augusti honorem amplificandum laborare consueverunt, obsequiis inspectis ad comoditatis ipsorum et honoris laudabilem processum ardentem intendamus. Qua sane inducti consideratione puram fidem et intensam devocionem fidelium nostrorum Cumanorum attendentes commendabilium obsequiorum suorum intuitu, que patris nostri et nostre maiestati perseveranter exhibuisse dignoscuntur, notum facimus universis tam presentis quam future etatis imperii nostri fidelibus, quod nos fidei nostro Guillehelmo Greco civi Cumano nuncio comunis Cumanorum vice ipsius comunis et pro comuni promittimus, quod omnia iura, actiones, rationes et bonas eorum consuetudines, quas habent, bona fide iuvabimus eos manutene, defendere et recuperare. Et quicquid tenent et possident, iuvabimus eos contra unamquamque civitatem, locum [et]<sup>a</sup> personam, que<sup>b</sup> non sit de hac societate Bonifacii videlicet marchionis Montisferati, Cremonensium, Papiensium, Laudensium, Pergamensium et Cumanorum<sup>b</sup>, manutene ac defendere. Et si aliqua civitas, locus vel persona<sup>c</sup> in hiis, que ipsi tenent et possident, violenciam eis fecerit vel ipsi alia de causa aliquem in ius vocaverint, statim cum super hoc per eos vel per litteras suas fuerimus requisiti, civitatem, locum vel personam vocabimus ad presenciam nostram, et si venerint, facturi iusticiam sub nobis infra spacium unius mensis, ex quo requisiti [fuerimus]<sup>d</sup>, postea causam ipsam infra spacium trium mensium diffiniemus, nisi per ipsos Cumanos steterit. Et si non venerint, videbimus testes et probaciones eorundem Cumanorum, et si probaverint, quod fuerint in possessione, ipsos in possessionem mittemus infra predictum spacium et civitatem, locum et personam in banno nostro infra predictum terminum ponemus nec extrahemus a banno, nisi<sup>e</sup> eis satisfecerint ad preceptum nostrum factum cum consilio maioris partis huius societatis, et exinde guerram eis faciemus, si fuerimus in Lombardia, sed si in Lombardia non fuerimus, vassallis et omnibus hominibus nostris in Ytalia existentibus sub debito fidelitatis et sacramento, quo nobis tenentur, mandabimus, ut eos adiuvent. Et societatem antiquam destruemus et istam manutenebimus et augmentabimus nec cum aliqua civitate, loco vel persona pactum [aliquod]<sup>a</sup> contra hanc societatem faciemus. Et omnia, que predicta sunt, observabimus universis civitatibus, locis et personis, qui hanc societatem de nostra licencia intrabunt. Concessionones, daciones et privilegia, que pater noster fecit [vel nos fecimus]<sup>f</sup>, rata et firma tenebimus excepto loco Clauenne, in quo nec imperio nec Cumanis aliquid propter hanc concordiam vel acquiritur vel amittitur. Et si civitas aliqua, locus vel persona de hac societate aliquid [de<sup>g</sup> predictis]<sup>g</sup> non observaverit, nichilominus concordia manebit rata, sed illud, quod non fuerit observatum, emendabitur in arbitrio nostro et tocius aut maioris partis societatis, alioquin ei civitati, [loco]<sup>a</sup> vel persone alii de hac societate guerram movebunt. Et si guerram pro nobis intrabunt, non faciemus pacem vel treugas sine consilio tocius aut maioris partis huius societatis. Ut autem hec predicta promissio nostra rata observetur, Otto Babenbergensis, Ottho Frisingensis et Henricus Wormatiensis<sup>h</sup> episcopi de mandato nostro fidem dederunt [et]<sup>a</sup> frater noster Conradus<sup>i</sup> dux Suevie, Liuboldus dux Austrie et Stirie, Bertoldus dux Meranie, Cuno de Minzenberc<sup>j</sup>, Marquardus dapifer et Henricus pincerna de Lutra iuraverunt. Versa vice sepedicti Cumani bone voluntatis nostre studium et gratie ac dilectionis [nostre]<sup>a</sup> augmentum circa ipsos considerantes ad propensorem et magis expressam devocionis ac fidei sue memoriam per supradictum

**BB 227** <sup>a</sup> D.[225], fehlt C <sup>b</sup> que – Cumanorum *irrtümlich nach* persona (Anm. c) *noch einmal wiederholt* <sup>c</sup> *folgt noch einmal irrtümlich* que – Cumanorum, vgl. Anm. b <sup>d</sup> fuerint C <sup>e</sup> D.[225], nisi C <sup>f</sup> vel – fecimus D.[225], fehlt C <sup>g</sup> de predictis D.[225], fehlt C <sup>h</sup> D.[225], Gormatiensis C <sup>i</sup> D.[225], Conradus C <sup>j</sup> Minhenberc *mit überflüssigen Kürzungsstrichen über erstem n und über c*

nuncium ipsorum Guillelmum Grecum pro comuni eorum et<sup>k</sup> vice comunis promiserunt nobis et successoribus nostris Romanorum imperatoribus seu regibus, quod bona fide iuvabunt nos manutenere, defendere et recuperare omnia iura, actiones et rationes, quas imperium habuit vel habere debuit, habet vel habere debet, habebit vel habere debebit vel pater noster habuit vel nos habemus vel habituri sumus, contra omnem civitatem, locum vel personam, que non sit de eorum societate. Et omnes promissiones, que nobis vel patri nostro facte sunt vel nobis fient, iuvabunt nos manutenere et obtinere et precipue terram comitisse Mathildis. Item privilegia omnia, quibus derogatum est, bona fide iuvabunt nos recuperare et ea, que in suo robore adhuc consistunt, rata tenere et inconvulsa. Item omnes possessiones et iurisdictiones, quas imperium tenuit et possedit et nos tenemus vel tenebimus, possidemus vel possidebimus in civitatibus, episcopatibus, districtibus, comitatibus, locis, rebus vel personis bona fide iuvabunt nos recuperare, manutenere ac defendere nec inminent nec inminentem consencient. Et bona fide operam dabunt ad aliam societatem destruendam et inminuendam et istam promovendam. Nec facient pactum cum alia<sup>l</sup> societate sine nostra parabola nec aliquem assument in eorum societatem sine nostra parabola. Et bona fide nos iuvabunt in omnibus guerris nostris, quas habemus vel habituri sumus in Lombardia, contra omnem civitatem, locum vel personam, que non sit de hac societate, sive illa civitas, locus vel persona sit guerre caput vel non. Et nos nuntium<sup>m</sup> nostrum eis adiungemus, qui in guerris nostris ducentos milites habebit. Omnes quoque captivos, quos in iam dictis guerris ceperint, ad redemptionem captivorum nostrorum et suorum dabunt. Si quos autem superfluos habebunt, sine mandato nostro non restituent. Possessiones eciam, quas inimicis eorum abstulerint, si imperio placuerit illas tenere, imperium eas tenebit. Si autem imperio eas tenere non placuerit, eas a nobis in feudo tenebunt. Item concambium denariorum competens et mercatum aliarum rerum pro competenti precio dabunt nobis bona fide et sine fraude. Si vero contingat, quod Padum vel aliam aquam, que vadari non possit, transire debeat exercitus, per pontes vel navigium nobis et exercitui facere transitum non tenentur. De hiis autem omnibus supradictis Guillelmus Grecus ex parte comunis et pro comuni Cumanorum iuravit, quod ipse et omnes de comuni Cumanorum a quindecim annis supra usque ad sexaginta annos iurabunt hec se firmiter observaturos et singulis quinquenniis hoc iuramentum renovabunt. Et semper deinceps nobis et successoribus nostris imperatoribus seu regibus Romanis erunt obligati et eandem securitatem prestabunt, si ipsi successores nostri eis obligati esse voluerint et securitatem, que dicta est, prestari fecerint. Insuper eciam, si quam potestatem aut consules inter se elegerint, illos idem cum eis iurare facient in iuramento, quod civitati prestabunt de consulatu vel regimine. Ut autem hec omnia tam ex parte nostra quam ipsorum rata deinceps observentur et inviolata, presentem inde paginam conscribi iussimus et sigillo nostre maiestatis<sup>n</sup> communiti. Huius<sup>o</sup> rei testes sunt: Ortholfus prepositus, Berardus archidiaconus Esculanus, Fredericus prefectus de Nuremberc<sup>p</sup>, Fredericus comes de Abenberc, comes Boppo de Wertheim<sup>q</sup>, comes Gebeardus [de]<sup>a</sup> Tholenstein et alii quam plures.

Signum domini Henrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>III<sup>o</sup>, indictione decima, regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore invictissimo, anno regni eius XX<sup>o</sup>III<sup>o</sup>, imperii vero II<sup>o</sup>; data aput Wirceburc<sup>r</sup> per manum Sigeloi imperialis aule prothonotarii quinto idus iunii<sup>s</sup>.

**BB 227** <sup>k</sup> über der Zeile nachgetragen <sup>l</sup> D.[225], aliqua C <sup>m</sup> D.[225], nuncium C <sup>n</sup> erstes i von anderer Hand über der Zeile aus getilgtem g verb. <sup>o</sup> iu von anderer, wohl neuzeitlicher Hand über der Zeile nachgetragen <sup>p</sup> Murenberc C <sup>q</sup> D.[225], Gerteim C <sup>r</sup> D.[225], Guizeburc C <sup>s</sup> nach der notariellen Beglaubigung, die C als Vorlage diente, mit Wachssiegel beglaubigt.

## BB 228

Heinrich befiehlt den Leuten der *Isola Comacina*, von *Lenno*, *Caravina*, *Bellinzona*, *Teglio*, *Locarno* und *Bormio* unter Androhung des Bannes, sich den Anordnungen der Kommune *Como* zu unterwerfen.

(wohl Würzburg, 1192 Juni). 5

Abschrift des 13. Jh. einer notariellen Abschrift des Originals in den *Vetera monumenta civitatis Novocomi* vol. 45, f. 17' in Como, Archivio di Stato, Archivio Storico Civico (C).

Tatti, *Ann. di Como* 2, 889. – Toeche *Reg.* 178. – Stumpf *Reg.* 4753. – Hidber *Reg.* 2, n° 2533 irrig zu 1185 Juli 10. – B.–Baaken *Reg.* 228. 10

Das Mandat wurde vermutlich im Juni 1192 in Würzburg gleichzeitig mit dem Diplom für Como ausgestellt, als sich die Abgesandten der Kommune am Hofe aufhielten. Durch die DD.[126 und 173] hatte Heinrich VI. Como die Gerichtsbarkeit über die *Isola Comacina*, *Lenno* und *Caravina* gewährt, während die restlichen Orte dort (noch?) nicht genannt wurden; vgl. dazu Scheffer-Boichorst, *Zur Gesch. des 12. und 13. Jh.* 389 f. sowie Wohlfarth, *Heinrich VI. und die oberitalienischen Städte* 34. – Die Fassung entspricht dem Kanzleistil. 15

Henricus dei gracia Romanorum imperator et semper augustus universis hominibus plebis Insule, Lenni, Caruine plebis, Bilizone, Teli, Locarni et Burmi gracam suam et bonam voluntatem. Imperatorie serenitatis convenit equitati fidelibus suis ad iusticiam preesse, ut iuris sui firmitudine gaudeant, qui obsequiis imperii iugiter implicantur. Hinc est, quod audientes ad mandatum potestatis et comunis de Cumis vos nolle consistere tanto vehemencius admirari cogebamur, quanto specialius ex nostra concessione<sup>1</sup> ad iurisdictionem eorum vos pertinere cognoscimus. Mandamus igitur universitati vestre precipientes, quatinus ipsorum mandato et voluntati sine 25 contradictione obaudire studeatis in omnibus certissime scituri, quod, si nostram in hac parte postponitis iussionem, in personas vestras et res bannum nostrum damus et indicimus, a quo auctore domino nunquam absolvemini, nisi prius fidelibus nostris potestati et comuni de Cumis habondantem exhibueritis satisfactionem. Preterea fidei 30 nostro Vberto de Oleuano<sup>a</sup> et consulibus Cumanis noveritis nos in mandatis firmiter dedisse<sup>2</sup>, ut pro bannitis<sup>b</sup> vos habeant et tamquam in bannitos<sup>c</sup> vindictam exercere studeant<sup>d</sup>.

## BB 230

Heinrich befiehlt allen Getreuen des Reiches, das Zisterzienserkloster *Herrenalb* in seinen Geschäften zu schützen. 35

Wimpfen, (1192) Juni 14.

Original in Stuttgart, Hauptstaatsarchiv, Kaiserselekt H 51 n° 21 (A).

BB 228 <sup>a</sup> e aus a verb. C <sup>b</sup> i aus o verb. C <sup>c</sup> banitos C <sup>d</sup> kaiserliches Wachssiegel laut C.

BB 228 <sup>1</sup> vgl. DD.[126 und 173] <sup>2</sup> vgl. Dep.[Como].

Württemberg. UB. 2, 294 n° 480 aus A = ed. II. n° 727 mit Hinweis auf Abb. – Zinsmaier, *Urk. Philipps und Ottos Abb. 5 Faks.* – Toeche Reg. 180. – Stumpf Reg. 4755. – B.–Baaken Reg. 230.

Das Inkarnationsjahr ergibt sich aus dem Itinerar; vgl. die Vorbemerkung zu D.[229]. – Verfaßt und geschrieben von H 2. – Es ist zweifelhaft, ob der auf dem Generalkapitel des Zisterzienserordens im Jahr 1190 beschlossene Brief an Heinrich VI. (ed. Canivez, *Statuta capitulorum generalium* 1, 129 n° 54) mit unserer Urkunde zu tun hat, wie Pflüger, *Schutzverhältnisse* 14 annimmt. – Zu der Urkunde insgesamt vgl. Pflüger, *Schutzverhältnisse und Landesherrschaft* 13 f. sowie ders., *Klostergrundherrschaft* 41.

Dorsualvermerk vom Anfang des 13. Jh.: *Commissio generalis Heinrici regis omnibus, ad quos fratres venerint.*

H(einricus) dei gratia Romanorum imperator et semper augustus universis imperii fidelibus, ad quos hec littere pervenerint, gratiam suam et omne bonum. Cum omnes ecclesie dei et loca religiosa et eorum persone sub maiestatis nostre protectione consistant, specialius tamen monasterium et fratres de Alba, quorum devotio et munda religio nobis commendata est et plurimum accepta, excellentie nostre defensione volumus gaudere. Mandamus igitur vobis rogantes attente et sub obtentu gratie nostre districte precipientes, quatinus predictum monasterium et fratres in negotiis suis, ubicumque ad vos pervenerint, manuteneatis et foveatis diligenter eisque nullam molestiam inferatis vel gravamen vel ab aliquo permittatis inferri, scituri pro certo, quod, si quis hoc nostrum mandatum infringere attemptaverit, gravem maiestatis nostre sentiet offensam.

Dat. apud Wimpinam XVIII kalendas iulii.

(SP.3.)<sup>a</sup>

### BB 231

Heinrich befiehlt dem Erzbischof Johann von **Trier** nach einer Vorsprache des Abtes und einiger Mönche des Klosters Echternach, weder den Abt noch andere Klosterangehörige zur Leistung des Hominiums zu zwingen, sondern die Sache bis zu seinem nächsten Aufenthalt im Rheingebiet aufzuschieben, wozu eine Vorladung an Abt und Konvent ergehen werde.

(1192 Mai – Juni).

Abschrift aus der ersten Hälfte des 13. Jh. im *Liber Aureus Epternacensis* in Gotha, *Forschungsbibliothek, Memb. I 71, f. 115' (alt f. 112') (C).*

Martène – Durand, *Coll.* 4, 456 aus C = Hontheim, *Hist. Trevir.* 1, 628 n° 437, *Anm. c, unvollst.*, = Kremer, *Orig. Nass.* 2, 386. – Bertholet, *Hist. de Luxembourg* 4, *preuves* 36 aus C zu 1191. – *Mon. Germ. Script.* 23, 66 aus C. – Wampach, *Grundherrschaft Echternach* 1/2, 365 n° 215 aus C. – Toeche Reg. 179. – Stumpf Reg. 4754. – Wauters, *Table chronol.* 3, 6 Reg. – Goerz, *Mittelrhein. Reg.* 2, 190 n° 681. – Diestelkamp – Rotter, *Urkundenreg.* 423 n° 539. – B.–Baaken Reg. 231.

Die von C abhängigen Abschriften im Landeshauptarchiv zu Koblenz aus dem 16. Jahrhundert, Bestand 231/15, n° 666 (alt 22), f. 3, und in den Archives Nationales

BB 230 <sup>a</sup> an Pergamentstreifen, gut erhalten, war aber in zwei Teile zerbrochen und wurde wieder zusammengeklebt.



*du Grand-Duché de Luxembourg, davon drei aus dem 16. Jahrhundert, A-XXIX-1212 (n° 22f Linster), f. 35, SHL, Abt. 15 Ms 264, f. 35 und SHL, Abt. 15 Ms 265 (Codex Neyen), f. 110' und zwei aus dem 17. Jahrhundert, A-XXIX-1222 (n° 26a Linster), f. 2' und SHL, Abt. 15 Ms 43, f. 4' wurden nicht berücksichtigt.*

*Die nicht vollständig wiedergegebene Urkunde findet sich im „Libellus de libertate Epternacensi propugnata“ des Echternacher Mönches Theoderich; vgl. zu diesem die Vorbemerkung zu D.[218]. In der Abschrift im Libellus fehlen Intitulatio und Inscriptio. Aus dem Bericht des Libellus geht hervor, daß dieses Mandat nicht lange nach D.[218] ergangen sein muß. Das hier gebrauchte, von H 12 mehrmals verwendete Verbum rescindere (bzw. scindere) könnte als Argument dafür gebraucht werden, daß dieser Kanzleiangehörige, auf den auch die DD.[242 und 243] zurückgehen, das vorliegende Mandat verfaßt hat. Unter diesen Umständen hat es eine gewisse Wahrscheinlichkeit für sich, die ebenfalls Echternach betreffenden Briefe D.[218 und 234] dem gleichen Manne zuzuweisen. – Nach dem Bericht des Libellus (Mon. Germ. Script 23, 66; Wampach a.a.O.) überbrachte Abt Gottfried selbst das Schreiben dem Erzbischof von Trier; vgl. die Vorbemerkung zu D.[234]. Echternach bemühte sich, seinen Standpunkt durch die Vorlage zahlreicher Rechstitel zu erhärten (Anm. 1 und 2), und wandte sich darüber hinaus in einem eigenen Brief an den Kaiser (ed. Mon. Germ. Script. 23, 67; Wampach a.a.O. 367); vgl. dazu Margue, Réformes monastiques 108–122 sowie ders., Libertas ecclesiae 243. – Zur gescheiterten Unterstellung der Abtei Echternach unter das Erzbistum Trier vgl. die DD.[218, 234, 242 und 243] und v. a. die Vorbemerkung zu D.[218].*

[...] Venientes ad maiestatis nostre presentiam fideles nostri abbas Epternacensis et quidam fratres eiusdem ecclesie privilegiis antecessorum nostrorum<sup>1</sup> et pluribus instrumentis<sup>2</sup> multisque rationibus conati sunt ostendere, quod nos nec de iusticia nec de ratione illam ecclesiam alii ecclesie concedere possimus nec eam ab imperio aliquo modo rescindere debeamus. Super quo discretioni tue mandamus, quatinus facti huius consummationem differas neque predictum fidelem nostrum abbatem sive aliquos de familia predictae ecclesie ad faciendum tibi hominum aliquo modo compellas, quousque nos ad partes Reni revertamur omnibus interim in eo statu permanentibus, in quo hactenus permanserunt. Scias autem, quod in proximo reditu nostro et abbatem et fratres totamque familiam eiusdem ecclesie ad nostram vocabimus presentiam et quicquid in facto isto facere poterimus, libenter, sicut promissum est, prosequemur.

## BB 232

*Heinrich bestätigt die in seiner Gegenwart mit Zustimmung des Abtes und des Konventes von Lorch vollzogene Verleihung einer Mühle dieses Klosters in Vellere bei (Stuttgart-) Münster an **Dietrich von Stammheim** auf dessen Lebenszeit, wie sie dessen Vater Konrad besessen hatte.*

*Schwäbisch Gmünd, (1192) Juni 20.*

*Original in Stuttgart, Hauptstaatsarchiv, Kaiserselekt H 51 n° 22 (A).*

*Crusius, Ann. Svevici 1/2, 511 wohl aus A. – Besold, Doc. rediviva ed. I. 726 n° 4 wohl aus A = ed. II. 448 n° 4, = Petrus, Suevia eccl. 538. – Wirtemberg. UB. 2, 294 n° 481 aus A zu 1193 = ed. II. n° 728 mit Hinweis auf Abb. – Götz, Herzöge*

**BB 231** <sup>1</sup> vgl. die DD Karol. 30, 48 und 70, Bestätigung Ludwigs des Frommen von 819 (B.–Mühlbacher-Lechner 694), DD.O.I. 427, O.II. 217, O.III. 90, H.II. 97, H.III. 371 und H.IV. 148 <sup>2</sup> vgl. auch die Sammlung im Chronicon Epternacense des Mönches Theoderich von 1191 (Mon. Germ. Script. 23, 38–64).

von Teck 14 Abb. 4 Faks. – Böhmer Reg. 2809. – Toeche Reg. 181. – Stumpf Reg. 4756. – Die deutschen Königspfalzen 3/2, 112 n° 2 Reg. – B.–Baaken Reg. 232.

Verfaßt und geschrieben von H 5. – Da die Urkunde nach dem Itinerar in das Jahr 1192 gehören muß, ist hier offenbar derselbe Fehler in der Angabe des Inkarnationsjahres unterlaufen wie in einer ganzen Reihe von Kanzleiausfertigungen dieser Zeit; vgl. die Vorbemerkung zu D.[199]. – In der Zeugenreihe ist der Name des Diepold von Ebersberg wohl versehentlich verdoppelt. 5

Dorsualvermerk des 14. Jh.: Super proprietate molendini nostri iuxta Monster. Dorsualvermerk des 15. Jh.: Munster. Dorsualvermerk des 16. Jh.: Mülle zu machen an der Mulhalden. 10

Bei der Lokalisierung der Mühle folgen wir den beiden mittelalterlichen Rückvermerken; vgl. auch Wirtemberg. UB 2, 295 Anm. 2. Eine topographische Bezeichnung Vellère ist nicht mehr nachzuweisen. Eine Verschreibung im Original für in Venere (beim Venusberg), wie sie Runschke, Kloster Lorch 35 erwägt, wäre ganz außergewöhnlich. 15

Einige Verwirrung stiftete folgender Eintrag in einem Archivverzeichnis des Klosters Lorch von 1587 im Hauptstaatsarchiv zu Stuttgart, A 499 Bü 74, f. 40 (alt 4) zu (Stuttgart-)Münster: 1193. Privilegium vom kayser Hainrichen dem VI., wellichergestalt er dem closter Lorch die alt abgangen mülen ann der milhalden wider zu bawen bewilligt, de dato 1193 (von späterer Hand hinzugefügt: 12. cal. iulii). Der Sigell ist abgebrochen. Dieser Eintrag wurde von einer wohl nicht viel späteren Hand durchstrichen und durch ein Regest unseres Diploms ersetzt. Danach wurde jedoch der gesamte korrigierte Eintrag gestrichen und – mit entsprechendem Verweis – in gleichlautender Formulierung auf f. 3a betreffend Lorch eingeschrieben. Man war demnach damals der Auffassung, daß die in D.[232] gegebene Lokalisierung der Mühle iuxta monasterium nicht auf Stuttgart-Münster, sondern auf das Kloster Lorch selbst zu beziehen sei, in dessen Nähe man die Mühle annahm. Der alte, durchstrichene Eintrag dürfte die Grundlage für die Annahme einer verlorenen Urkunde in einem Urkundenrepertorium von 1802 in demselben Archiv, A 499 (Kloster Lorch), f. 494, ed. Wirtemberg. UB. 2, 436 n° 6,3 = ed. II. n° 24 bilden, die für Stuttgart-Münster in Anspruch genommen wird: 1193. Kaiser Heinrich VI. bewilligt dem Kloster Lorch, die alte abgegangene Mühle an der Mühlhalden zu Münster wieder zu bauen. 1193. am Rand: Ist im Verzeichnis der Pflege Münster 1587 angeführt. Auch Toeche Reg. 182, Stumpf Reg. 4757 und B.–Baaken Reg. 233 nahmen auf Grund des durchstrichenen Eintrages ein Deperditum Heinrichs VI. an, mit dem die Wiedererrichtung einer alten Mühle in Stuttgart-Münster durch den Kaiser bewilligt worden sei, und setzten es ebenfalls in das Jahr 1192. Doch haben zwei verschiedene Diplome des Kaisers aus dem selben Jahr für zwei unterschiedliche Mühlen, beide in Stuttgart-Münster, wenig Wahrscheinlichkeit für sich. Weit eher ist an eine fehlerhafte Regestierung in dem Verzeichnis von 1587 zu denken, die später bemerkt, durchstrichen und korrigiert wurde. Diese Annahme wird auch durch den dritten Rückvermerk auf unserem Diplom nahegelegt, der von einer Hand des 16. Jhs. stammt und der Urkunde denselben Inhalt gibt, wie in dem durchstrichenen Regest. Unser Diplom selbst hingegen scheint in der ursprünglichen Anlage des Repertoriums nicht auf. Auch Datum und Siegelvermerk stimmen mit unserem Stück überein. Aus diesen Gründen nehmen wir ein Deperditum Heinrichs VI. für Lorch nicht an. Letzte Sicherheit kann jedoch erst eine Klärung der Besitzgeschichte von Lorch bringen, die noch zu leisten ist; vgl. Graf, Staufer-Überlieferungen v. a. 239 f. – Zur Geschichte des Klosters Lorch vgl. Seiffer, Lorch 371–381, zum Klosterbesitz besonders 374 f., sowie Lorenz, Lorch 2112. 20 25 30 35 40 45 50

x Henricus x sextus dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Cum ecclesiarum indempnitati et earum utilitati propensius intendimus, ad presentis vite cursum feliciorum et ad eterni premii retributionem nobis id profuturum non dubitamus. Inde est, quod nos ecclesie nostre in Loreche providere et eius utilitati 55

intendere cupientes ea, que predicte ecclesie ad honorem dei et fratrum consolationem collata sunt et in presentia nostra pro commodo et utilitate ecclesie ordinata, rata haberi volumus et inviolata observari. Noverint itaque universi fideles imperii nostri, quod Theodericus de Stamheim in presentia nostra ex bona voluntate abbatis et fratrum de Loreche obtinuit molendinum iuxta Monasterium in loco, qui dicitur Vellére, eodem pacto, quo Cunradus pater eius antea ab eadem ecclesia habere consuevit, ita scilicet, ut annuatim idem Theodericus, quamdiu ipse vixerit, dimidiam marcam argenti persolvat ecclesie prenominate. Cum autem contigerit predictum Theodericum viam ingredi carnis universe, coram nobis promissum et firmatum est, ut ipsum molendinum ad usus ecclesie libere redeat nec aliquis heredum ipsius Theoderici de illo molendino se intromittat neque aliquid iuris in eo se habere dicat. Ut autem hec supradicta rata perpetuo habeantur et firma, presentem inde paginam conscribi et sigillo nostro iussimus communiri. Huius rei testes sunt: Cunradus dux Svevie, dux Albertus de Tecke, comes Lodowicus de Helphonstain, Godefridus de Winodin, Arnoldus de Horenberc, Burchardus de Groningen, Henricus de Loreche<sup>a</sup>, Engilhardus de Winesberc, filii eius Cunradus et Engilhardus de Winesberc, Cunradus de Stovfe, Albertus de Walthusen, Cunradus de Walthusen, Egeno de Walthusen, Typoldus de Euersberc, Dipoldus de Euersberch et alii.

Dat. apud Gamundiam anno domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>III<sup>o</sup>, indictione X<sup>a</sup>, XII<sup>o</sup> kal. iulii.

(SP.D.)<sup>b</sup>

#### BB 234

*Heinrich bevollmächtigt das Kapitel des Klosters **Echternach**, anstelle des Abtes Gottfried, der, wie ihm berichtet wurde, verzichtet und sich auf seine Abtei St. Matthias bei Trier zurückgezogen habe, einen anderen zu wählen, damit dieser ordnungsgemäß die feierliche Investitur aus der Hand der kaiserlichen Majestät empfangt.*

(1192 etwa Juni – Juli).

*Abschrift aus der ersten Hälfte des 13. Jh. im Liber Aureus Epternacensis in Gotha, Forschungsbibliothek, Memb. I 71, f. 122 (alt f. 119) (C).*

*Martène – Durand, Coll. 4, 465 aus C = Kremer, Orig. Nass. 2, 401. – Mon. Germ. Script. 23, 71 aus C. – Wampach, Grundherrschaft Echternach 1/2, 379 n<sup>o</sup> 215 aus C. – Toeche Reg. 183. – Stumpf Reg. 4758. – Wauters, Table chronol. 3, 5 Reg. – Goerz, Mittelrhein. Reg. 2, 190 n<sup>o</sup> 681. – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 424 n<sup>o</sup> 540. – B.–Baaken Reg. 234.*

*Die von C abhängigen Abschriften im Landeshauptarchiv zu Koblenz aus dem 16. Jahrhundert, Bestand 231/15, n<sup>o</sup> 666 (alt 22), f. 12 und in den Archives Nationales du Grand-Duché de Luxembourg, davon drei aus dem 16. Jahrhundert, A-XXIX-1212 (n<sup>o</sup> 22f Linster), f. 44, SHL, Abt. 15 Ms 264, f. 40 und SHL, Abt. 15 Ms 265 (Codex Neyen), f. 116 und zwei aus dem 17. Jahrhundert, A-XXIX-1222 (n<sup>o</sup> 26a Linster), f. 10' und SHL, Abt. 15 Ms 43, f. 14' wurden nicht berücksichtigt.*

*Die Urkunde findet sich im „Libellus de libertate Epternacensi propugnata“ des Echternacher Mönches Theoderich; vgl. zu diesem die Vorbemerkung zu D.[218]. Zu der Möglichkeit, das Diktat H 12 zuzuweisen, vgl. die Vorbemerkung zu D.[231]. Die annähernde zeitliche Einreihung ergibt sich aus dem Libellus, der eingehend*

**BB 232** <sup>a</sup> r aus Buchstabe mit Mittellänge verb. <sup>b</sup> rote Seidenfäden erhalten; nach dem Eintrag auf f. 3a des in der Vorbem. erwähnten Archivverzeichnisses von 1587 waren damals noch Bruchstücke des Siegels vorhanden.

darlegt, warum es nicht zu dieser Neuwahl kam. Sie konnte nicht vorgenommen werden, weil Abt Gottfried im kirchenrechtlichen Sinn nicht resigniert hatte. Nach dem Bericht des Libellus nämlich (Mon. Germ. Script. 23, 66 und 71; Wampach a.a.O. 365 f. und 379 f.) war es nach der Übergabe des Mandates D.[231] an Erzbischof Johann von Trier durch Abt Gottfried nach heftiger Auseinandersetzung nur zum zeitweiligen Verzicht des Abtes auf Echternach bis zur endgültigen Entscheidung durch den Kaiser gekommen. Mit der Erlaubnis zur Neuwahl machte der Kaiser de facto die Übertragung Echternachs an den Erzbischof von Trier, in dessen Rechte er damit eingriff, rückgängig. – S. auch die DD.[218, 231, 242 und 243].

H(einricus) dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilecto sibi capitulo<sup>a</sup> Epternacensi gratiam suam et omne bonum. Hillinus prepositus et Tid(ericus) camerarius ecclesie vestre confratres ad presentiam nostram accedentes ex parte vestra nobis retulerunt, quod God(efridus), qui abbatiam Epternacensem hucusque tenebat, eam penitus dimiserit et ad aliam abbatiam, sancti Mathie videlicet apud Treberim, quam et ante tenebat, se transtulerit. Quod si ita est, ne ecclesia eadem pastore carens in peiorem statum personarum inibi deo servientium transire debeat et inmutari, auctoritatem damus vobis eligendi personam ydoneam in abbatem, ut tandem illa ab universitate vestra unanimi consilio electa et nobis rite presentata regalibus a nostra maiestate investiatur et investita vobis cum sollempnitate debita adhibita remittatur.

### BB 235

Heinrich bestätigt die Übertragung von Gütern an das Zisterzienserinnenkloster **Schönau** durch dessen Gründer Friedrich von Heßlar unter Vorbehalt gewisser Einkünfte für diesen und seine Gemahlin Adelheid auf Lebenszeit und nimmt es in seinen Schutz.

Heidingsfeld, 1192 Juli 8. 25

Original in Würzburg, Staatsarchiv, Würzburger Urkunden 1303 (früher München, Bayerisches Hauptstaatsarchiv, Kaiserselekt n° 551) (A).

Gudenus, CD. Mogunt. 5, 355 n° 6 zu 1190 aus Insert in Bestätigung Bischof Ottos von Würzburg von 1341 = Ussermann, Episc. Würzburg. Cod. prob. 53 n° 56 zu 1192 Juli 9, = Bauer, Schönau 211. – Mon. Boica 29/1, 462 n° 551 aus A. – Koch – Friedl, Kaiser- und Königsurk. der Staufer Taf. 14 Faks. – Böhmer Reg. 2782. – Toeche Reg. 184. – Wieland, Beiträge Rieneck 209 Reg. zu 1190 Juli 8 und 1192 Juli 9. – Stumpf Reg. 4759. – Dobenecker Reg. 2, n° 902. – B.–Baaken Reg. 235. 30

Verfaßt und geschrieben von H 5, der für das Inkarnationsjahr eine Lücke freiließ, die er nachträglich versehentlich mit M°C°XC° ausfüllte. Sowohl die übrigen Datierungselemente als auch das Itinerar sprechen eindeutig für 1192; vgl. die Vorbemerkung zu D.[199]. Das Monogramm weicht insofern von der üblichen Form ab, als es am unteren Ende des rechten Schaftes den in der Königszeit üblichen Strich für ein x enthält, während der Buchstabe G vergessen wurde. – Die offensichtlich vor der Bestätigung präsentierten Urkunden Abt Konrads von Fulda und Bischof Gottfrieds von Würzburg von 1189 (vgl. die Anmerkungen 1 und 2) erwähnt auch Papst Clemens III. in seiner Bestätigung der Gründung von Schönau vom 25. Mai 1190 (Germ. pont. 3/3, 202 n° 1; ed. Gudenus, CD. Mogunt. 5, 353 n° 6). – Zu Gründung und Frühgeschichte Schönaus vgl. Bauer, Schönau 21–40 und 47–49. 35 40

BB 234<sup>a</sup> wohl irrig capellano C.

*Zur Rolle Graf Gerhards von Rieneck und seiner Gattin bei der Klostergründung vgl. Ruf, Grafen von Rieneck 2, 135–137 und 144 f. Gleichzeitiger Dorsualvermerk: Privilegium imperatoris et pro loco.*

(C.) x In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus. x Imperialem decet munificentiam loca ecclesiastica et personas relligiosas deo iugiter famulantes pio protectionis ac defensionis nostre munimine confovere et bona, que Christi fidelibus relligiosis personis pro animarum remedio collata fuerint, nostre protectionis munimine ac presidio iugiter manutenere et protegere. Igitur ad noticiam universorum imperii fidelium tam presentis etatis quam successure posteritatis volumus pervenire, qualiter Cūnradus abbas Vvldensis de consilio capituli sui et ministerialium suorum per manum advocati Fuldensis comiti Gerardo de Rienecke per concambium tradidit villam quandam, que antiquitus Moppen, nunc vero Sconaugia nuncupatur<sup>1</sup>. Quam sane villam cum omnibus suis pertinentiis Fridericus de Heselere a comite Gerardo et ab uxore sua Adelheide centum quadraginta marcis comparavit ibique monasterium in honore sancte dei genitricis construxit, in quo ancillas Christi virgines et viduas pro anime sue remedio coniugisque sue et omnium Christi fidelium instituit. Bona autem prenominata cum suis pertinentiis idem Fridericus tuicionis et protectionis causa ecclesie beati Kyliani in Wirceburch tradidit<sup>2</sup> ita libere, ut bona illa nullum habere debeant advocatum. Tali autem condicione prefatus Fridericus omnia bona sua contulit ecclesie predicte in Sconowe, ut ipse et uxor sua Adelheidis quartam partem fructuum, qui ibi provenerint, tam in vino quam annona annuatim debeant percipere et ad suos usus, quamdiu ipsi vixerint, libere possidere. Preterea prefatus Fridericus dimidiam partem aque et mediam partem piscium et partem dimidiam piscature, que vulgo dicitur vach, quamdiu ipse vixerit, in sua debet habere potestate. Hec autem omnia et quartam partem scilicet predictorum fructuum et aque et piscium et piscature, que dicitur vach, partem prenominatam ambo habebunt et libere possidebunt Fridericus et Adelheidis, quamdiu ipsi vixerint. Similiter quicumque de hiis duobus post alium supervixerit, omnia ea, que dicta sunt, libere possidebit sive ipse sit sive ipsa. Post mortem vero utriusque omnia libere ad usus ecclesie Sconowe revertantur. Hanc igitur bonorum donationem et eorum predictam ordinationem ratam habemus ipsamque presenti pagina confirmamus. Universa quoque bona predicte ecclesie in Sconowen cum omnibus personis et omnibus pertinentiis nec non et omnia, que eadem ecclesia nunc habet aut possidet sive in posterum habeb[i]t<sup>a</sup> legitime aut possidebit, in singularem nostre maiestatis recepimus protectionem statuentes et imperiali edicto firmantes, ut nulla omnino persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis hanc nostre confirmationis et protectionis paginam violare presumat. Quod qui fecerit, eterni iudicis iustam ultionem et nostre maiestatis indignationem se non dubitet incursum. Huius rei testes sunt: Henricus Wirceburgensis episcopus, Galterus<sup>b</sup> Troianus episcopus, Bertoldus burcgravius de Hinnenb[er]c<sup>c</sup>, Fridericus burgravius de Nurenb[er]c, Fridericus comes de Abenberc, Boppo comes de Wertheim, Ropertus de Castello, Fridericus de Truhendingen, Robertus de Durne, Henricus pincerna de Lutra, Cunradus dapifer de Rotenburch et alii quam plures.

x Signum domini Henrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi. x (M.)<sup>d</sup>

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>e, indictione decima, regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius vicesimo

**BB 235** <sup>a</sup> i durch Lücke beschädigt <sup>b</sup> von hier an andere Tinte <sup>c</sup> Hin aus Nur verb., teilweise auf Rasur <sup>d</sup> zum Monogramm vgl. Vorbem. <sup>e</sup> A statt M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>II<sup>o</sup>; vgl. Vorbem.

**BB 235** <sup>1</sup> Urkunde Abt Konrads von Fulda von 1189 (ed. Gudenus, CD. Mogunt. 5, 357 n<sup>o</sup> 6) <sup>2</sup> vgl. die Urkunde Bischof Gottfrieds von Würzburg von 1189 (ed. Gudenus, CD. Mogunt. 5, 356 n<sup>o</sup> 6; Mon. Boica 37, 135 n<sup>o</sup> 143).

III<sup>o</sup>, imperii vero eius anno secundo; dat. apud Heitingesuelte per manum Sygloi imperialis aule prothonotarii VIII<sup>o</sup> idus iulii.

(SP.3.)<sup>f</sup>

**BB 236**

Heinrich nimmt das Prämonstratenserinnenstift **Altenberg** (bei Wetzlar) in seinen Schutz, befiehlt den Reichsministerialen, ihm denselben angedeihen zu lassen, und bestimmt, daß es außer ihm und seinen Nachfolgern im Reich keinen Vogt haben solle, wie dies schon sein Vater verfügt habe. 5

Gelnhausen, (1192) Juli 26.

Originaltranssumpt König Rudolfs I. von 1274 September 5 (B.–Redlich Reg. 211) in Schloß Braunfels, Fürst zu Solms-Braunfels'sches Archiv, Urkunden Kloster Altenberg VIII, 3 (B). – Originaltranssumpt König Ludwigs des Bayern von 1324 Januar 12 (B.–Wetzel, Reg. Imp. VII/8, Reg. 86) ebenda, Urkunden Kloster Altenberg VIII, 16 (C). – Originaltranssumpt Kaiser Rudolfs II. von 1578 April 19 ebenda, Urkunden Kloster Altenberg VIII, 22 (D). – Beglaubigte Abschrift des 17. Jh. des Petrus Ranck in Wiesbaden, Hessisches Hauptstaatsarchiv, Abt. 91, 1 (unvollst.) (E). – Abschrift des 18. Jh. in Nancy, Bibliothèque Municipale, ms. 1748 (992), f. 140 (F). 10  
15

Ludolf, *Observationum forensium continuatio append. 2, 405 n° 1* wohl aus Urkunde Karls VI. = [ders.], *Sammlung hist. Nachrichten Wetzlar 221*. – (Hugo), *Ann. Praemonstr. 1, prob. 92, 94 aus B, 96 aus Insert in Urkunde König Adolfs und 98 aus Insert in Urkunde Heinrichs VII.* – Gudenus, *CD. Mogunt. 3, 375 n° 263 aus Insert in Urkunde Karls IV. und 1178 n° 710 aus Insert in Urkunde König Adolfs.* – Bansa, *Register 135 n° 134 aus C.* – Hardt, *UB. Altenberg 71 aus Insert in Urkunde Karls IV., 138 aus B, 198 aus Insert in Urkunde König Adolfs und 261 aus Insert in Urkunde Heinrichs VII.* – Meiller, *Notizenblatt 1, 305 Reg.* – Toeche *Reg. 188.* – Stumpf *Reg. 4760.* – Goerz, *Mittelrhein. Reg. 2, 190 n° 682.* – B.–Baaken *Reg. 236.* 20  
25

*Verfaßt von H 2. – Im königlichen Hofgericht war auf die Klage Lupolds hin zunächst nur der Verkauf des halben Gutes in Lochheim für rechtmäßig erklärt worden (D.[507]). – Offenbar machte Lupold auch nach der Ausstellung unserer Urkunde weiterhin Rechte an Lochheim geltend, die erst 1198 von Schönau abgelöst wurden; vgl. die Vorbemerkung zu D.[495]. Damals übertrug der Bischof auch die Kirche zu Lochheim mit dem Patronatsrecht sowie das Pfarrecht an das Zisterzienserkloster. Diese Kirche wurde zu Beginn des 13. Jahrhunderts mit seiner Genehmigung abgerissen; vgl. Wieland, Cistercienser-Chronik 19, 134 Reg. 39 und 135 Reg. 51, ed. Gudenus a.a.O. 75 n° 30 und 98 n° 40.*

Heinricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Excellentie nostre provida decernit discretio, ut ea, que coram maiestate nostra iuste terminantur, ne processu temporum aliquo ex<sup>a</sup> casu debeant infringi, auctoritatis nostre scripto et munimine confirmemus. Quapropter notum facimus universis imperii nostri fidelibus presentibus et futuris, qualiter fidelis noster comes Boppo de Loufen omne predium et quidquid iuris habuit in villa Locheim per manus nostras Dieboldo abbati et fratribus monasterii de Schonawe libere contradidit apud Hagenowe<sup>1</sup>, nosque hanc donationem predicto abbati et monasterio maiestatis nostre privilegio confirmavimus. Postmodum fidelis noster Diepoldus Wormatiensis episcopus in predicto predio<sup>b</sup> ius sibi addixit<sup>2</sup>, que questio in tantum fuit inter partes ventilata, quod idem episcopus omni iuri, si quod in eodem predio videbatur habere, plene abrenuntiavit et omnem questionem omnimodis deposuit. Quo facto predictus abbas et idem comes Boppo de Loufe apud Bisuntium ad presentiam nostram accesserunt et ipse comes predium predictum in Locheim et quidquid iuris ibi habuit in silvis, aquis, agris cultis et incultis, pascuis aliisque pertinentiis cum omni utilitate denuo per manus nostras ipsi abbati et monasterio in Schonaugia plene et libere contradidit. Ut igitur predicto abbati et monasterio eius in eodem predio suisque pertinentiis nulla deinceps questio possit ab aliquo moveri, predictam donationem coram nobis et per manus nostras iuste factam imperiali auctoritate imperpetuum confirmamus statuentes et districte precipientes, ut nulla omnino persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica predictum abbatem et monasterium eius in eodem<sup>c</sup> predio suis pertinentiis aliquatenus gravare audeat vel molestare. Ad cuius rei certam imperpetuum evidentiam presentem paginam inde conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo communiri. Huius rei testes sunt: Amedeus Bisuntinus archiepiscopus, Angelus Tarentinus archiepiscopus, Petrus abbas de Nvwemburg, Otto palatinus comes Burgundie, comes Ludewicus de Sarewerde, Rubertus de Durne, Arnoldus de Horemberg, Cuno de Mincenberg, Drushardus de Kestemburg, H(einricus) pincerna de Lutra, Albertus de Steinesberg, Wolframus scultetus de Frankinuurt, Sifridus<sup>d</sup> marscalcus de Hagenawe et alii quam plures.

Datum apud Bisuntium anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>VI<sup>o</sup>, indictione XIII<sup>a</sup>, II nonas iulii.

BB 529 <sup>a</sup> von gleicher Hand über der Zeile eingefügt <sup>b</sup> statt predio irrtümlich noch einmal predicto B <sup>c</sup> odem B <sup>d</sup> Sifidus B.

BB 529 <sup>1</sup> D.[495] <sup>2</sup> vgl. D.[507].

## BB 530

Heinrich nimmt auf Bitte des Abtes Peter das Zisterzienserkloster **Neuburg** in seinen Schutz, bestätigt ihm seine genannten Besitzungen, gestattet den kaiserlichen Ministerialen und Hörigen, sich und ihre Güter dem Kloster zu übergeben, und trifft Bestimmungen über die Nutzungsrechte im Heiligen Forst.

5

Besançon, 1196 Juli 8.

Abschrift des Philippe-André Grandidier von ca. 1780 aus dem 1870 beim Brand der Stadtbibliothek von Straßburg vernichteten Chartular der Abtei Neuburg, f.11, in Karlsruhe, Generallandesarchiv, 69 v. Türckheim 4, Nachlaß Grandidier, Karton 2, fasc. 2, f. 366 (E).

10

Würdtwein, *Nova subsidia* 10, 178 n° 61 aus dem verlorenen Chartular des Klosters. – Böhmer Reg. 2881. – Toeche Reg. 424. – Stumpf Reg. 5016. – Chevalier, Reg. dauphinois 1, 900 n° 5411. – B.–Baaken Reg. 530 (vgl. Nachtr.).

Erweiterte Wiederholung des DFI. 206 mit vermehrter Besitzliste. Allerdings wird die Bestimmung, wonach die kaiserlichen Ministerialen und Hörigen sich und ihre Güter nur mehr mit ausdrücklicher Genehmigung des Kaisers dem Kloster übergeben dürfen, durch die Erlaubnis ersetzt, dies ohne Zustimmung des Kaisers zu tun. Dies wiederholte Philipp von Schwaben 1201 in seiner Schutzurkunde (DPh. 51), vgl. die Vorbemerkung zu dieser sowie zu weiteren Nachurkunden auch B.–Jäschke – Thorau Reg. 64. Die Übereinstimmungen mit DFI. 206 wurden durch Petitsatz gekennzeichnet (VU.). – Zwei Stellen, die im Nachlaß Grandidier verkürzt wiedergegeben sind, konnten nach der Vorurkunde und der nahezu wörtlichen Wiederholung durch das DPh. 51 (NU.) ergänzt werden. Bei der Wiedergabe des Namens des Protonotars ist ein Fehler (antedicti statt Alberti, vgl. Anm. l) unterlaufen. – Die selbständig verfaßten Partien des Perturbationsverbots und der Corroboratio entsprechen dem Kanzleidiktat und könnten auf den damals tätigen H 2 zurückgehen. – Die Schreibung Minhinberc in der Zeugenreihe könnte darauf hindeuten, daß eine Vorlage abgeschrieben wurde, die ein baiuwarisches z verwendete (vgl. Anm. k).

15

20

25

Zum Kloster Neuburg und zu dem impetrierenden Abt Petrus vgl. die Vorbemerkungen zu den DD.[470 und 523]. Zu unserer Urkunde vgl. Seiler, *Territorialpolitik* 225 f.

30

In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sycilie. Pium desiderium, quod ad religionis propositum pertinere cognoscitur, imperialem benignitatem libenti animo decet concedere et in omnibus suffragium et levamen prestare. Notum ergo esse volumus omnibus Christi imperiique nostri fidelibus tam futuris quam presentibus, quod nos locum, qui dicitur Nuvenburch, a Reginoldo comite de Lucelenburch<sup>a</sup> et beate memorie Friderico duce avo nostro ordini Cysterciensi contraditum, qui<sup>b</sup> etiam hereditario iure ad nos spectare videtur, ob intuitum eterne retributionis et ad supplicationem dilecti nostri Petri eiusdem loci abbatis in protectionem et defensionem nostre imperialis maiestatis suscipimus<sup>c</sup> cum omnibus rebus suis tam mobilibus quam immobilibus, que ad nostra usque tempora iuste ac legitime possederunt, adicientes etiam, ut, quascunque possessiones, quecumque bona idem supradictus locus in futurum donatione fidelium seu oblationibus eorum aut quibuslibet aliis legitimis modis prestante domino poterit adipisci<sup>c</sup>, firma et illibata permanere censemus imperiali quoque clementia indulgentes, ut, quicumque ministerialium nostrorum et hominum nostrorum fiscalinorum se et predia sua ad locum

35

40

45

BB 530 <sup>a</sup> en nachträglich eingefügt <sup>b</sup> E und NU., quia VU. <sup>c</sup> etc. (et reliqua ut in diplomate Friderici I. imperatoris anni 1158) E, suscipimus – adipisci ergänzt nach VU. und NU.

sepedictum transferre voluerit, libere et absque voluntatis nostre consensus<sup>d</sup> facere possint requisitione. Concessimus etiam eidem predicto loco<sup>e</sup> et in perpetuum donavimus, ut animalia eorum libere utantur pascuis in Sacra Silva ovibus tantum exceptis. Ligna vero ad omnium officinarum suarum ignem faciendum similiter eis concessimus. Ad efferenda autem \* ligna pro domorum structura de prenomina silva non nisi iuxta consignationem et permissionem 5 ministri nostri accipiant. Loca autem, que inpresentiarum possident, propriis duximus exprimenda vocabulis: curtem Geboldishusen cum<sup>f</sup> appendiciis suis, curtem Lobach cum appendiciis suis, curtem Wilinbach cum appendiciis suis, curtem Honscheit cum appendiciis suis, curtem Pfaffenburnen cum appendiciis suis, curtem Suvelnheim cum appendiciis suis, curtem Hekenheim cum appendiciis suis, 10 curtem Harthusen cum appendiciis suis, curtem Gerute cum appendiciis suis<sup>f</sup>, curtem Buthenheim cum appendiciis suis, curtem Lachen cum appendiciis suis, curtem Rotbach cum appendiciis suis, curtem Dochindorf cum appendiciis suis, curtem Hitindorf cum appendiciis suis, curtem Dunnenheim cum appendiciis suis, curtem Adelmanswilre cum appendiciis suis, curtem Kihwilre<sup>g</sup> cum appendiciis suis. Porro quicquid apostolica Cisterciensi ordini<sup>h</sup> indulsit clementia<sup>i</sup>, predicto loco nostra imperiali confirmamus auctoritate. Statuimus itaque et imperiali 15 firmiter sancimus edicto, ut nulla omnino persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica hanc nostre confirmationis divalem paginam audeat infringere vel ei ausu temerario contraire. Quod si quis facere presumpserit, si reatum suum infra XL dies congrua satisfactione non correxerit, banno nostro se innodatum noverit et pro pena temeritatis sue quinquaginta libras auri purissimi componat, medietatem camere nostre, partem reliquam ecclesie, 20 cui dampnum intulit. Ad cuius rei certam in posterum evidentiam presentem inde paginam conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Testes huius rei sunt: Amedeus Bisuntinus archiepiscopus, Chunradus Argentinensis episcopus, Otto comes palatinus Burgundie, Fridericus de Bittes, Albertus comes de Dagisburch, Sybertus comes de Werda, Hugo comes de Lucelenstein, Rudpertus de Durna, Arnoldus de 25 Hornberch, Cuno de Minhinberc<sup>j</sup>, Heinricus pincerna de Lutra, Drushardus de Kestinburch, Heinricus de Kustirtingen, Erbo de Brumat, Heinricus de Danne, Ulricus frater eius, Rudolphus et Erbo de Hoveldin et alii quam plures.

Signum domini Heinrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi et regis Sicilie.

Chuonradus Hildinsheimensis electus imperialis aule cancellarius vice domini Einhardi 30 Viennensis archiepiscopi et Burgundie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini MCLXXXVI, indictione XIII, regnante domno Heinrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo et rege Sicilie, anno regni eius XXVI, imperii V et regni Sicilie II; datum Bysuntii per manum Alberti<sup>k</sup> imperialis aule prothonotarii VIII idus iulii. 35

### BB 531

*Heinrich nimmt das Zisterzienserkloster **Cherlieu** auf Bitten des Abtes Agobard in seinen Schutz und bestätigt ihm den Besitzstand, darunter die Saline in Marsal mit zwei abgabefreien Salzbecken, sowie die Zehentfreiheit der im Eigenbau bewirtschafteten Güter.*

*Besançon, 1196 Juli 9.* 40

**BB 530** <sup>d</sup> consensu E, emendiert nach D.[90] in seinem wohl auf einer echten Urkunde Heinrichs VI. beruhenden Teil; vgl. auch DPh. 57 <sup>e</sup> c aus ci verb. <sup>f</sup> etc. etc. E, cum – suis ergänzt nach VU. und NU. <sup>g</sup> erstes i und w aus Buchstaben mit Mittellänge verb. <sup>h</sup> zweites i aus Buchstaben mit Mittellänge verb. <sup>i</sup> von erster Hand über der Zeile <sup>j</sup> h irrig statt baiuwarischem z <sup>k</sup> E irrig antedicti.

Zwei notarielle Abschriften von 1361 (B<sup>1</sup>) und 1429 (B<sup>2</sup>) eines verlorenen Vidimus des Pfalzgrafen Otto IV. von Burgund von 1290 in Montmorot, Archives départementales du Jura, 15 H.P.S. 10 (alt 15 H 8).

Paradin de Cuyseaulx, *Annales de Bourgogne* 244 Teildr. – Mariotte, *Le comté de Bourgogne* 209 n° 11 aus B<sup>1</sup>B<sup>2</sup> und 166 n° 47 Reg. – B.–Baaken Reg. 531 (vgl. Nachtr.).

Einige belanglose Varianten der beiden Abschriften blieben unberücksichtigt. – Erweiterte Wiederholung des DFI. 145, das zugleich für das benachbarte Kloster Acey ausgestellt war. Das Wort curia der Vorurkunde wurde dabei durch grangia ersetzt. – Perturbationsverbot und Corroboratio wurden selbständig formuliert und sind im Wortlaut fast völlig identisch mit den entsprechenden Teilen des vorhergehenden D.[530]. – Die Urkunde wird in dem von dem Historiographen der Franche-Comté, François Nicolas Eugène Droz (1735–1805), im Jahre 1782 angelegten Urkundeninventar von Cherlieu (Paris, Bibliothèque Nationale de France, Coll. Moreau, ms. 873, f. 333, n° 41) irrig zu 1196 Juli 6 verzeichnet. Wir danken Benoît Chauvin vom CNRS in Paris für sachkundige Hilfe bei der Beurteilung des Eintrages.

Zur Geschichte von Cherlieu vgl. Gallia pont. 1, 289–291 mit weiterer Literatur. – Zur Besitzgeschichte des Klosters vgl. Kempf, *Abbaye de Cherlieu* 46–62. – Zur Salzgewinnung von Cherlieu in Marsal vgl. Kempf a.a.O. 54, *Parisse, Pays du sel* 38–40 und Schich, *Salzproduktion* 144 f. Cherlieu hatte einige Jahrzehnte zuvor zwei Salzbecken in Marsal mit Zustimmung des Abtes Siger von St. Maximin vor Trier (1138–1163/68) auf dem Erbweg erhalten, für die es St. Maximin zinspflichtig war (undatierte Urkunde des Abtes Konrad von St. Maximin vor Trier, 1177–ca. 1200, Abschrift im *Cartulaire de l'abbaye de Cherlieu* aus dem frühen 13. Jh. in Paris, Bibliothèque Nationale de France, ms. lat. 10973, f. 27, n° 30); vgl. auch, allerdings teilweise mißverständlich, Krüger, *Salinenbesitz* 100 f.

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus sextus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilia<sup>a</sup>. Desiderium, quod ad religionis propositum et quietem noscitur pertinere, animo nos decet libenti concedere et petencium votis imperiale impartiri suffragium. Unde, dilecte nobis in Christo frater Gobarde abba Cariloci, tuis iustis peticionibus benigne annuentes ipsum locum Cariloci \*, quem felicitis memorie Reginardus comes Burgundie avus meus dilexit plurimum et necessariis possessionibus ampliavit, tibi tuisque successoribus secundum Cisterciensem ordinem in loco eodem substituendis libere et quiete habendum et possidendum cum omnibus appendiciis suis iure imperiali perpetuo confirmamus et in nostram nostrorumque successorum tuicionem suscipientes presentis scripti pagina communimus. Adicientes<sup>b</sup> etiam statuimus, ut, quascunq[ue] possessiones, quecumque bona idem locus inpresenciarum possidet aut in futurum donacione imperatorum, concessione pontificum, largicione regum vel principum, oblacione fidelium seu aliis rationabilibus modis prestante domino poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis submisimus exprimenda vocabulis: ipsum scilicet locum Cariloci et grangias ad ipsum pertinentes et terram de Fontanis et de Romanis et de Veteri Viler<sup>c</sup> cum aliis appendiciis suis, domum apud Marsellum<sup>d</sup> cum antena et iure putei ad ipsam pertinente et in ipsa antena duos sessus ab omni censu et redditu et alio iure liberos et immunes, pasturas quoque animalium in toto castellatu Ionciuille et Iussei et de Seith<sup>e</sup>, grangiam novam iuxta abbaciam cum toto Ignacort<sup>f</sup> et aliis appendiciis suis, grangiam de Mallaco cum pratis Iussei<sup>g</sup> et aliis appendiciis suis, domum de Craya cum vineis suis et pratis \* Iussei<sup>g</sup> et aliis appendiciis suis, grangiam de Prugerot cum vineis et piscariis et Portu Estaller<sup>h</sup> et de Gondelencourt<sup>i</sup> et bosco<sup>j</sup> Liebram<sup>k</sup> cum molendino et aliis appendiciis suis, grangiam de Charmis<sup>l</sup> cum pratis de Iuingney et allodio Pagani vicecomitis apud Albecey et pascuis de Castellis cum

**BB 531** <sup>a</sup> Secilie B<sup>1</sup>B<sup>2</sup>, Secilie B<sup>1</sup>B<sup>2</sup> <sup>b</sup> VU., addicientes B<sup>1</sup>B<sup>2</sup> <sup>c</sup> Villar B<sup>2</sup> <sup>d</sup> de Munsellum B<sup>2</sup> <sup>e</sup> Seyt B<sup>2</sup> <sup>f</sup> Agnocort B<sup>2</sup> <sup>g</sup> Iussey B<sup>2</sup>VU. <sup>h</sup> Esteler B<sup>2</sup> <sup>i</sup> Gondelencort B<sup>2</sup> <sup>j</sup> boscis B<sup>2</sup> <sup>k</sup> e wohl auf Rasur B<sup>1</sup>, Libram B<sup>2</sup> <sup>l</sup> Calmis B<sup>1</sup>VU.

aliis appendiciis suis, de Saponcourt<sup>m</sup> et Contremoncort et Corcellis<sup>n</sup> et aliis appendiciis suis, grangiam de Miniler cum piscaria et molendino de Cey<sup>o</sup> et aliis appendiciis suis, grangiam de Bugecourt<sup>p</sup> cum vinea de Verneyo et piscaria et pratis et aliis appendiciis suis, grangiam de Griencourt<sup>q</sup> cum appendiciis, grangiam de Corcellis<sup>n</sup> cum toto Assencourt<sup>r</sup> et Liueriis et terris de Gorion<sup>s</sup> et aliis appendiciis suis, grangiam de Vilert<sup>t</sup> cum terris et pratis, Limgneyo et aliis appendiciis suis. Porro de laboribus, quos propriis manibus<sup>u</sup> aut sumptibus tu et fratres tui colitis, seu de nutrimentis vestris a vobis decimas exigi canonicam apostolicamque auctoritatem sequentes imperiali auctoritate interdiximus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit<sup>v</sup> vos super hac nostra imperiali constitutione temere perturbare, bona vel possessiones monasterii vestri auferre, retinere, minuere aut temerariis vexacionibus fatigare, sed omnia integra conserventur vestris et pauperum Christi usibus omnimodis profutura. Statuimus itaque et imperiali sanctimus edicto, ut nulla omnino persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica hanc nostre confirmacionis divalem paginam audeat infringere vel ei ausu temerario contraire. Quod si quis facere presumpserit, si reatum suum infra quadraginta dies congrua satisfactione non correxerit, banno nostro se innodatum noverit et pro pena temeritatis sue quinquaginta libras auri purissimi componat, medietatem camere nostre, partem reliquam ecclesie, cui dampnum intulit. Ad cuius rei certam in posterum evidenciam presentem inde paginam conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Testes huius rei sunt: Amedeus Bisuntinus, Angelus Tarentinus archiepiscopus, Conrardus prepositus maioris ecclesie in Magoncia, Fridericus prepositus sancti Thome in Argentina, Otho comes palatinus Burgundie, Stephanus de Treuia comes, Lodouicus comes de Saruuerde, Armandus comes de Surca<sup>w</sup>, Robertus de Durne<sup>x</sup>, Arnoldus<sup>y</sup> de Horemberc<sup>z</sup>, Rudolfus de Kiseloe<sup>aa</sup>, Cono de Mincemberc<sup>ab</sup>, Trusardus de Kesteneburc<sup>ac</sup>, Henricus pincerna<sup>ad</sup> de Lutra<sup>ae</sup> et alii quam plures.

Signum domini Henrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi et regis Sicilie<sup>af</sup>. 25

Ego Conrardus Hildeshemensis<sup>ag</sup> electus imperialis aule cancellarius vice domini Enhardi Viennensis archiepiscopi et Burgundie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup> nonagesimo VI<sup>o</sup>, indictione XIII, regnante domino Henrico VI<sup>o</sup> Romanorum imperatore gloriosissimo et rege Sicilie<sup>af</sup>, anno regni eius XXVI<sup>o</sup>, imperii quinto et regni Sicilie<sup>a</sup> secundo; datum Bisuntii per manum Alberti imperialis aule prothonotarii VII<sup>o</sup> idus iulii<sup>ah</sup>. 30

## BB 532

*Heinrich nimmt das Augustiner-Chorherrenstift **Saint-Paul** in **Besançon** in seinen Schutz und bestätigt ihm die von seinem Vater, Kaiser Friedrich (I.), und seinen Vorgängern, den römischen Königen und Kaisern, verliehenen Rechte.* 35

*Besançon, 1196 Juli 10.*

*Notarielle Abschrift von 1373 Januar 15 in Besançon, Archives départementales du Doubs, 67 H 13 (B). – Abschrift des 15. Jh. ebenda, Copia privilegiorum beati Pauli Bissuntini, 1 B 510, f. 3' (C). – Abschrift des 17. Jh. in Besançon, Bibliothèque municipale, Coll. Chiflet, ms. 9, f. 134' (D). – Zwei Abschriften des frühen 18. Jh. von A.-F. Bruand, Res canonice sanctae Mariae et sancti Pauli ante medium septimi* 40

**BB 531** <sup>m</sup> Saponcourt B<sup>2</sup> <sup>n</sup> Conrcellis B<sup>2</sup> <sup>o</sup> Botei B<sup>2</sup> <sup>p</sup> Bugecort B<sup>2</sup> <sup>q</sup> Griencort B<sup>2</sup> <sup>r</sup> Assencort B<sup>2</sup> <sup>s</sup> Gorion B<sup>2</sup> <sup>t</sup> Villers VU. <sup>u</sup> von erster Hand über der Zeile hinzugefügt B<sup>1</sup>, fehlt B<sup>2</sup> <sup>v</sup> fehlt B<sup>2</sup> <sup>w</sup> Surta B<sup>2</sup> <sup>x</sup> Durnam B<sup>1</sup>B<sup>2</sup> <sup>y</sup> Alnodus B<sup>1</sup>B<sup>2</sup> <sup>z</sup> Orebeht B<sup>1</sup>, Orebeth B<sup>2</sup> <sup>aa</sup> Quisiloen B<sup>1</sup>B<sup>2</sup> <sup>ab</sup> Miterem B<sup>1</sup>, Mitem B<sup>2</sup> <sup>ac</sup> Kastonembort B<sup>1</sup>B<sup>2</sup> <sup>ad</sup> piscerna B<sup>1</sup>B<sup>2</sup> <sup>ae</sup> Lucra B<sup>1</sup>B<sup>2</sup> <sup>af</sup> Secilie B<sup>1</sup>, Cecilie B<sup>2</sup> <sup>ag</sup> Hisdisliensis B<sup>1</sup>B<sup>2</sup> <sup>ah</sup> besiegelt laut B<sup>1</sup>B<sup>2</sup>.

saeculi ad annum 1707 ebenda, ms. 796, f. 29' (E<sup>1</sup>) und in Paris, Bibliothèque Nationale de France, Coll. Moreau, ms. 973, f. 99 (E<sup>2</sup>).

Böhmer, Acta imp. 189 n° 207 aus B. – Marquiset, Abbaye de Saint-Paul 282 n° 16 Teildr. aus B. – Toeche Reg. 425. – Stumpf Reg. 5017. – Mariotte, Le comté de Bourgogne 166 n° 48 Reg. – B.–Baaken Reg. 532 (vgl. Nachtr.).

Drei Abschriften von François-Nicolas-Eugène Droz aus dem späten 18. Jh. in Besançon, Bibliothèque municipale, Coll. Droz, ms. 38, f. 104 und in Paris, Bibliothèque Nationale de France, Coll. Moreau, ms. 868, f. 83' sowie ebenda, nouv. acqu. fr. 23 308, f. 24' hängen ebenso wie jene des Dom Grapin, Histoire de l'abbaye de Saint Paul de Besançon in Besançon, Bibliothèque municipale, ms. 793, f. 106 von Bruand (E<sup>1</sup>E<sup>2</sup>) ab und wurden daher für die Texterstellung nicht berücksichtigt.

A.-F. Bruand unterscheidet in seinem Werk zwischen Urkunden, die ex autographo und solchen, die ex cartulario, dem verlorenen Chartular von Saint-Paul vom Beginn des 13. Jahrhunderts, genommen sind; vgl. Gallia pont. 1, 106. Auch die Angabe der Farbe der rot-gelben Siegelschnüre (restat laqueus sericeus rubei et flavi coloris, a quo penderat sigillum), die sich nur bei ihm findet, zeigt, daß E<sup>1</sup>E<sup>2</sup> das Original benützten. Das in B 1373 erwähnte Wachssiegel war demnach zur Zeit Bruands nicht mehr vorhanden. Nach einem Auszug aus dem Inventar des Archivs von Saint-Paul von 1770 (Besançon, Bibliothèque municipale, Coll. Droz, ms. 39, f. 240') war das Original damals noch vorhanden.

Rein orthographische Varianten vornehmlich von E<sup>1</sup>E<sup>2</sup> wurden nicht berücksichtigt. DFI. 50, auf das im Text verwiesen ist (vgl. Anm. 1), diente nicht als Vorurkunde. – Das Diktat ist H 2 zuzuweisen. Als Schreiber kommt wegen des eigentümlichen Aufbaues der Datierung und der Verwendung einer Apprecatio der Mundator des am gleichen Tage ausgestellten D.[533] für Saint-Vincent in Betracht, der offenbar dem Kreis der beiden Empfänger angehörte; vgl. Csendes, Kanzlei 306.

Zur Geschichte und Überlieferung von Saint-Paul vgl. Gallia pont. 1, 104–107 mit weiterer Literatur, zur Geschichte auch Marion, Temporel 99–101.

Henricus sextus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus et<sup>a</sup> rex Sicilie. Ad eterni regni premium et temporalis imperii incrementum apud regem regum nobis plurimum proficere non ambigimus, si ecclesias dei in suo iure et honore conservantes defensionis nostre manum<sup>b</sup> ipsis apponimus<sup>c</sup> et benigna consolationis impendimus beneficia. Qua sane inducti ratione notum facimus universis imperii nostri fidelibus<sup>a</sup> presentibus et futuris, quod nos divini amoris intuitu ecclesiam et canonicos regulares<sup>d</sup> sancti Pauli in Bisuncio cum universis<sup>e</sup> personis et bonis, que nunc habent vel in posterum iusto acquisitionis titulo poterunt obtinere, in specialem maiestatis nostre protectionem recepimus eisque imperialis auctoritatis<sup>f</sup> sanctione<sup>f</sup> imperpetuum<sup>a</sup> confirmamus, quecumque a patre nostro<sup>a</sup> Friderico Romanorum imperatore divo augusto<sup>1</sup> nostrisque antecessoribus imperatoribus<sup>g</sup> seu regibus Romanorum<sup>2</sup> pie collata et iuste confirmata<sup>h</sup> acceperunt. Statuimus igitur et imperiali auctoritate precipimus, quatinus nulla omnino persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica predictam ecclesiam sancti Pauli in Bisuncio<sup>i</sup> et personas eius in bonis illis, que nunc<sup>j</sup> possident<sup>j</sup> ab imperatoribus seu regibus Romanorum vel<sup>a</sup> archiepiscopis, episcopis seu<sup>k</sup> aliis<sup>l</sup> quibuscumque<sup>l</sup> fidelibus ipsis collatis vel imposterum conferendis aliquatenus gravare audeat vel molestare. Quod si quis attemptaverit, XXX<sup>a</sup> libras<sup>m</sup> auri puri pro<sup>a</sup> pena<sup>a</sup> componat, dimidium<sup>n</sup> camere nostre et reliquum predictae<sup>a</sup> ecclesie passe<sup>o</sup> iniuriam<sup>o</sup>. Ad cuius rei certam in posterum evidenciam presentem paginam inde conscribi<sup>p</sup> iussimus et maiestatis nostre sigillo communiri. Huius rei testes sunt: Amedeus Bisuntinus

BB 532 <sup>a</sup> fehlt E<sup>1</sup>E<sup>2</sup> <sup>b</sup> manus E<sup>2</sup> <sup>c</sup> imponimus E<sup>1</sup>E<sup>2</sup> <sup>d</sup> ecclesie E<sup>1</sup>E<sup>2</sup> <sup>e</sup> omnibus E<sup>1</sup>E<sup>2</sup> <sup>f</sup> sanctionis auctoritate E<sup>1</sup>E<sup>2</sup> <sup>g</sup> folgt E<sup>1</sup> <sup>h</sup> folgt sunt E<sup>1</sup>E<sup>2</sup> <sup>i</sup> Bisuntio E<sup>2</sup> <sup>j</sup> possidet nunc E<sup>1</sup>E<sup>2</sup> <sup>k</sup> aut E<sup>1</sup>E<sup>2</sup> <sup>l</sup> quibuslibet aliis E<sup>1</sup>E<sup>2</sup> <sup>m</sup> fehlt E<sup>2</sup> <sup>n</sup> dimidiam BCDE<sup>1</sup> <sup>o</sup> iniuriam passe E<sup>1</sup>E<sup>2</sup> <sup>p</sup> confici E<sup>1</sup>E<sup>2</sup>

BB 532 <sup>1</sup> DFI.50. <sup>2</sup> vgl. DH.III. 134 und DH.IV. 196.

archiepiscopus, Angelus Tarentinus archiepiscopus, Fridericus prepositus sancti Thome in Argentina, Cunradus<sup>q</sup> maior prepositus Maguntine<sup>r</sup> ecclesie<sup>r</sup>, Otto<sup>s</sup> palatinus<sup>t</sup> comes<sup>t</sup> Burgondie<sup>u</sup>, Ludowicus<sup>v</sup> comes de Sarewerde, Rubertus de Durne<sup>w</sup>, Arnoldus de Horemberc<sup>x</sup>, Cuno de Mincemberc<sup>y</sup>, Henricus<sup>z</sup> pincerna de Lutra<sup>aa</sup>, Drushardus<sup>ab</sup> de Spira<sup>ac</sup> et alii quam plures.

5

Datum apud Bisuncium per manum Alberti imperialis aule prothonotarii, anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>VI<sup>o</sup>, indictione XIII, VI<sup>o</sup> idus iulii; feliciter amen<sup>ad</sup>.

### BB 533

*Heinrich nimmt das Kloster **Saint-Vincent in Besançon** in seinen Schutz und bestätigt ihm seine großteils namentlich genannten Besitzungen und Rechte, insbesondere die von den Erzbischöfen von Besançon gewährten Vergünstigungen.*

10

*Besançon, 1196 Juli 10.*

*Original in Besançon, Archives départementales du Doubs, 1 H 19 (A).*

*Böhmer, Acta imp. 761 n<sup>o</sup> 1065 aus A. – Stumpf Reg. 5018. – Mariotte, Le comté de Bourgogne 166 n<sup>o</sup> 49 Reg. – B.–Baaken Reg. 533 (vgl. Nachtr.).*

15

*Über die Möglichkeit, den sonst nicht bekannten Mundator mit dem Schreiber des verlorenen Originals des D.[532] gleichzusetzen, vgl. die Vorbemerkung zu letzterem. Er hat offenbar Perturbationsverbot, Poenformel und Corroboratio aus D.[532] übernommen, während Arenga und Publicatio selbständig von ihm stilisiert zu sein scheinen. – Als Vorurkunde für einen großen Teil der Besitzliste diente die Urkunde des Erzbischofs Humbert von Besançon von 1140 Oktober 27 (ed. Mariotte a.a.O. 198 n<sup>o</sup> 1), die sich das Kloster einen Tag vorher von dem Bruder des Kaisers, Pfalzgraf Otto von Burgund, hatte bestätigen lassen (Deperditum, Mariotte a.a.O. 176 n<sup>o</sup> 15). Die Abhängigkeiten wurden durch Petitsatz gekennzeichnet. Die Urkunde Erzbischof Humberts wurde auch Papst Alexander III. zur Bestätigung vorgelegt, vgl. dessen Privileg für Saint-Vincent von 1179 November 6 (Jaffé – L. 13.490, Gallia pont. 1, 125 n<sup>o</sup> 3; ed. Wiederhold, Papsturkunden in Frankreich 1, 108 n<sup>o</sup> 60) mit weitgehend übereinstimmender Besitzliste. Weitere der im Text erwähnten Urkunden der Erzbischöfe von Besançon (vgl. Anm. 1) sind nicht bekannt. – Zur Geschichte von Saint-Vincent vgl. Gallia pont. 1, 120–126 mit weiterer Literatur. – Nach einer Abschrift von vielleicht 1595 in den Archives départementales du Doubs zu Besançon, 1 H 3, p. 13 hing das große gelbliche Wachssiegel damals zwar noch an den rot-weißen Schnüren, war aber bereits in zwei bis drei Stücke zerbrochen (ebenso nach einer Abschrift von 1681 ebenda, 1 H 19, n<sup>o</sup> 13, f. 15). Nach einer Abschrift von 1767 März 12 ebenda, 1 H 19, n<sup>o</sup> 11 war das Siegel damals noch vorhanden. In einem von François Nicolas Eugène Droz (1735–1805) angelegten Urkundenverzeichnis von Saint-Vincent in Paris, Bibliothèque nationale, Coll. Moreau, ms. 867, f. 12, n<sup>o</sup> 2 wird das Siegel bereits als verloren angegeben.*

20

25

30

35

x Henricus sextus x divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus et rex Sicilie. Decet imperialis celsitudinis pietatem religiosa loca protegere

40

**BB 532** <sup>q</sup> Conradus D, Chunradus E<sup>1</sup>E<sup>2</sup> <sup>r</sup> ecclesie Moguntinae E<sup>1</sup>E<sup>2</sup> <sup>s</sup> Octo C, Oto E<sup>1</sup>E<sup>2</sup> <sup>t</sup> comes palatinus E<sup>1</sup>E<sup>2</sup> <sup>u</sup> Burgundie D, Burgundiae E<sup>1</sup>E<sup>2</sup> <sup>v</sup> Ludouicus CDE<sup>2</sup>, Ludovicus E<sup>1</sup> <sup>w</sup> Durnay D <sup>x</sup> Herembec E<sup>1</sup>, Horember E<sup>2</sup> <sup>y</sup> Mintembert C, Misseme D, Mincemt E<sup>1</sup>, Mincerete E<sup>2</sup> <sup>z</sup> Hungaricus D <sup>aa</sup> Luth E<sup>1</sup> <sup>ab</sup> Drasardus E<sup>1</sup> <sup>ac</sup> Spire E<sup>1</sup> <sup>ad</sup> Hängesiegel aus Wachs an Seidenfäden laut B, nur mehr rot-gelbe Seidenfäden laut E<sup>1</sup>E<sup>2</sup>; vgl. Vorbem.

et, ne quies in eis famulantium domino cuiusquam malitia seu violentia perturbetur, attentius providere. Eapropter notum fieri volumus universis, quod nos ecclesiam beati Vincentii martyris, in qua apud Bisuntium monastice religionis instituta servantur, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet vel in futurum iustus modis poterit adipisci, sub protectione maiestatis nostre ac deffensione suscipimus. 5  
 Quecumque autem iura, quascumque dignitates, libertates et bona ab archiepiscopis Bisuntinis vel aliis quibuscumque personis collata sunt pietatis intuitu et indulta, sicut in ipsorum archiepiscoporum scriptis authenticis continetur<sup>1</sup>, eidem ecclesie auctoritatis nostre munimine confirmamus. In quibus hec spetialiter duximus exprimenda: ecclesiam de Soyntz<sup>a</sup> cum appenditiis suis, capellam de Reueria \*, furnum secus harenas iuxta molendinum, libertatem vendendi bannum per omnes domos abbacie, in una quarum abbas voluerit, \* molendinum etiam, quod in suburbio habetur secus arenas, et eius censum \* et pisces et domum et vineam molendinorum<sup>b</sup> et iusticiam \* et omnia \*, que ad ipsum pertinent \* molendinum, \* ecclesiam de Hembres cum minoribus paratis et appendiciis suis et in Vinnis capellam sancte Columbe cum appenditiis suis et in comitatu Portensi ecclesiam de Villari, \* capellam<sup>c</sup> de Alteyson cum appenditiis suis, ecclesiam de Voray \*, ecclesiam de Bol \*, capellam de Castiniaco \*, cappellam de Vals \*, ecclesiam Senayde \*, monasterium sancti Ferreoli cum omnibus appenditiis omnium earum, ecclesiam Loye cum capellis de Sentens et Montisbarrati cum appenditiis suis, ecclesiam Pontis cum appenditiis suis, ecclesias Boleranni montis et Rohe cum appenditiis suis, ecclesiam quoque sancti Marcellini cum appenditiis suis, capellam Planimontis cum appenditiis suis, ecclesiam Fraxini et capellam de Brandecort et terras et ecclesiam Siluenniaci \*, capellam de Baenens \*, ecclesiam de Cromary cum appenditiis suis, ecclesiam de Vsilla et capellam de Fontanella \*, locum et ecclesiam Boneuallis et molendina et terras, capellam de Charmes cum omnibus appenditiis omnium earum, Salinis redditus cuiusdam domus et medietatem cuiusdam molendini, mansum Uilete et mansum de Fucherens, terram de Diuisse et terram de Camborniac, piscatores de Voray cum terris suis et aquarum decursibus ad usum piscationis, vineas et domos et earum redditus infra civitatem et in circuitu, quas quicumque fideles ecclesie sancti Vincentii contulerunt, moturas in molendino Campi Martis de proprio frumento vel annona famulantium eidem ecclesie liberab habendas, furnum in cimiterio ante ianuam monasterii, ecclesiam de Borbona cum appenditiis suis, capellam de castro eodem cum decimis domini eiusdem castri, ecclesiam de Tyenens et capellam de Munbosum cum appenditiis suis, ecclesiam de Martini Villa et capellam de Passauant cum appenditiis suis, ecclesiam de Balmeta cum appenditiis suis, ecclesiam de Tyse cum appenditiis suis, in grangia<sup>d</sup> de Bralant unum bichetum frumenti et unum annone singulis annis. Statuimus igitur et imperiali auctoritate precipimus, quatinus nulla omnino persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica predictam ecclesiam sancti Vincentii in Bisuntio et personas eius in bonis illis, que nunc possident ab imperatoribus seu regibus Romanorum vel archiepiscopis, episcopis seu aliis quibuscumque fidelibus ipsis collatis vel in posterum conferendis aliquatenus gravare audeat vel molestare. Quod si quis attemptaverit, XXX<sup>ta</sup> libras auri puri pro pena componat, dimidium camere nostre et reliquum passe ecclesie predictae iniuriam. Ad cuius rei certam in posterum evidentiam presentem paginam inde conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo communiri. Huius rei testes sunt: Amedeus Bisuntinus archiepiscopus, Angelus Tarentinus archiepiscopus, Fredericus prepositus sancti Thome in Argentina, Conradus maior prepositus Magontine ecclesie, Otto palatinus comes Burgundie, Lodouicus comes de Sarewerde, Robertus de Durne, Arnodus<sup>e</sup> de Horemberc, Cono de Minceberc, Henricus pincerna de Lutra, Drushardus de Spira et alii quam plures. 40  
 45

Data apud Bisuntium per manum Alberti imperialis aule prothonotarii, anno dominice incarnationis M<sup>o</sup> centesimo XC<sup>o</sup>VI<sup>o</sup>, indictione XIII<sup>a</sup>, VI<sup>o</sup> idus iulii; feliciter amen.

BB 533 <sup>a</sup> Lesung des auslautenden z, das der VU. entspricht, nicht ganz sicher A <sup>b</sup> zweites o wohl aus begonnener rum-Kürzung verb.; wohl irrig statt molendinariorum VU. <sup>c</sup> erstes a wohl aus begonnenem p verb. A <sup>d</sup> danach m radiert A <sup>e</sup> A

BB 533 <sup>1</sup> Vgl. Vorbem.



(S.P.D.)<sup>f</sup>

## BB 535

Heinrich nimmt den Erzbischof Haymo und die erzbischöfliche Kirche von **Moutiers-en-Tarentaise** mit allen Besitzungen in seinen Schutz, gewährt ihm das Recht des Burgenbaues und bestätigt ihm seine lehensherrliche Gewalt.

5

Turin, 1196 Juli 28.

Original in Chambéry, Archives départementales de la Savoie, SA 176 (A).

Besson, *Mém. pour l'hist. eccl. de Genève, preuves 378 n° 48 = ed. II., preuves 368 n° 48 aus Originaltranssumpt Kaiser Friedrichs II. von 1226 April (DF.II. 1162).* – Gallia Christ. 12, Instr. Sp. 391 n° 18 aus demselben Transsumpt = Huillard-Bréholles 2/1, 561. – Cibrario – Promis, *Doc., sigilli e moneti 105 aus Abschrift des 13. Jh.* – Million – Miédan-Gros, *Inventaire Tarentaise 7 n° 3 aus demselben Transsumpt Friedrichs II. in Abschrift von 1665.* – Toeche Reg. 427. – Stumpf Reg. 5020. – B.–Baaken Reg. 535 (vgl. Nachtr.).

10

A wurde, ebenso wie die Vorurkunde, 1950/51 von Turin nach Chambéry ausgeliefert; vgl. dazu Rück, AZ 67, 24–29. – Wiederholung des DF.I. 938, geschrieben von H 2. – Zu Erzbischof Haymo (1171–1211), der 1198 Coronator Philipps von Schwaben war, vgl. Schütte, Philipp von Schwaben 336 f. und 420 f. In Zusammenhang mit unserer Urkunde ist auch die Nachricht der im 13. Jahrhundert redigierten Series episcoporum Viennensium zu bringen, wonach Haymo und Aynard de Moirans, Erzbischof von Vienne (1195–1204) in Turin das hominium fidelitatis leisteten (ed. Mon. Germ. Script. 24, 815). – Vgl. auch Mariotte, La bulle d'or. – Vgl. auch D.[536].

15

20

(C.) x In nomine sanctę et individue trinitatis. Heinricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilię. x Ad superni regis gloriam et imperialis coronę ab eo nobis credite temporalem excellentiam animeque remedium potissimum nobis prodesse speramus, si ecclesias dei et ecclesiasticas personas non solum in iure et honore suo conservamus, verum etiam dispersa recolligendo fractaque reconciliando eas in suo robore protectionis nostre munimine dilatamus, quatenus Martha in suo exteriorum ministerio necessitati temporalium sufficiente officio Marię interius divinorum contemplatione per orationes securius intenti sinum perennis misericordię spiritualis religionis sue suffragio valeant animabus nostris et filiorum predecessorumque nostrorum aperire. Eapropter cognoscat tam presens etas fidelium imperii quam successura posteritas, quod nos attendentes honestatem dilecti et fidelis nostri Aimonis venerabilis Musteriensis archiepiscopi religiosam quoque conversationem congregationis ecclesię de Musterio ipsum archiepiscopum et ecclesiam eius, quem serenissimus pater noster Fridericus Romanorum imperator divus augustus de regalibus Tarentasiani archiepiscopatus per sceptrum imperiale sollempniter investivit<sup>1</sup>, et personas inibi divinis mancipatas et mancipandas obsequiis cum omnibus rebus atque possessionibus suis, quas nunc habent vel in posterum prestante domino poterunt obtinere, foris videlicet, agris, vineis, pratis, pascuis, silvis, planis, montanis, aquis aquarumque decursibus aliisque prediorum et possessionum bonis, que propriis nominibus subter exprimenda decrevimus, videlicet civitatem de Musterio cum omnibus appenditiis suis, castellum sancti Iacobi, castrum de Brienzona et partem, quam habet in castro de

25

30

35

40

BB 533 <sup>f</sup> rot-weiß gemustertes gewebtes Seidenbändchen erhalten; nach Abschriften von 1595, 1681 und 1767 war das Wachsiegel damals noch erhalten; vgl. Vorbem.

BB 535 <sup>1</sup> Vgl. DF.I. 938.

Conflenz, Villetam, vallem de Busellis, vallem de Alloidiis, vallem sancti Iohannis, villam de Flazeria, villam de Comba, vallem sancti Desiderii, vallem de Luscia cum universis eorum attinentiis sub protectione defensionis nostrę suscepimus et hec omnia eidem archiepiscopo et pretaxatę ecclesię successoribusque suis cum omnibus feodis et casamentis, quę impresentiarum possident vel alii nomine suo tenent, imperiali auctoritate confirmamus. Ex habundanti quoque imperialis gratię munificentia concedimus sepedictis episcopo et ecclesię, ut ad tuitionem atque iuvamen suum liceat eis libere in locis idoneis castra construere, destructa reedificare, bona quoque tam rerum quam possessionum suarum sive per violentiam aliquorum eis ablata sive per dispendium retroacti temporis amissioni involuta nullius impediende contradictionis obstaculo in primum liberę facultatis titulum revocare. Quocirca sub obtentu gratię nostrę districtis<sup>a</sup> inhiendum duximus mandatis, ne aliquis eorum, qui feoda Musteriensis ecclesię nomine ipsorum tenent, bonos usus feodorum ab ipsis subtrahere nec aliquatenus minuere, immo nec ipsa feoda et bonos usus eorum dissimulare vel dampnoso silentio suppressere presumant nec aliquo prorsus ingenio sive facto temptent alienare libera possessione et dominio sepius dictorum archiepiscopi et ecclesię. Ut igitur hec nostrę confirmationis et protectionis pagina omni ęvo rata et inconvulsa permaneat, presens inde privilegium conscribi iussimus et maiestatis nostrę sigillo aureo communiri statuente et auctoritate imperiali sanctientes, ut nullus dux, \* marchio, \* comes, \* vicecomes, nulla potestas aut civitas, nullus consulatus, nulla denique persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica presumat ei obviare vel aliquibus iniuriarum calumpniis seu dampnis eam ullo modo violare attemptet. Quod qui fecerit, in ultionem temeritatis suę componat centum libras auri puri, medietatem imperiali fisco et reliquum iniuriam passis. Huius rei testes sunt: Angelus Tarentinus archiepiscopus, Petrus tituli sanctę Cecilię presbiter cardinalis, Otto Nouariensis episcopus, Albertus Vercellensis episcopus, Gaido Yporeiensis episcopus, Ardewinus Taurinensis episcopus, Bonifacius marchio Montisferrati, Willelmus marchio de Palodio, Marquardus senescalcus, Heinricus marscalcus de Bappenheim, Heinricus pincerna de Lutra, Thomas de Nona et alii quam plures.

x Signum domini Heinrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi et regis Sicilię. x (M.)

Ego Conradus Hildeneshemensis electus imperialis aulę cancellarius vice Adolphi Coloniensis archiepiscopi et totius Italię archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominicę incarnationis M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>VI<sup>o</sup>, indictione XIII<sup>a</sup>, regnante domino Heinrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo et rege Sicilię potentissimo, anno regni eius XX<sup>o</sup>VII<sup>o</sup>, imperii vero sexto et regni Sicilię secundo; dat. apud Taurinum per manum Alberti imperialis aulę prothonotarii V<sup>o</sup> kalendas augusti.

(B.D.)<sup>b</sup>

### BB 536

*Heinrich überträgt nach dem Vorbild seines Vaters dem Erzbischof Aynard von Vienne, dem Domdekan Bruno und dem Domkapitel von Vienne die Herrschaft über die kaiserliche Stadt Vienne, anerkennt Aynard als Erzkanzler des Königreiches Burgund, bestätigt ihm die Regalien und die Gerichtsbarkeit und erklärt die Bürger von Vienne und Romans für verpflichtet, ihm für Hoffahrt und Heeresfolge Beisteuer zu leisten.*

Turin, 1196 Juli 28.

BB 535 <sup>a</sup> über letztem τ wohl überflüssiges Kürzungszeichen <sup>b</sup> zwei Einschnitte in der Plica, Goldbulle laut allerdings aus der VU. übernommener Ankündigung.

*Vidimus des Jean de Blanzac, Kardinalbischof von Sabina und päpstlichen Vikars in Avignon und im Comtat Venaissin, von 1378 Oktober 14 in Grenoble, Archives départementales de l'Isère, 1 G 11 n° 6 (B).*

*Bosco, Floriac. bibl. laev. xyst. 89 (nur Zeugen und Datum). – Baaken, DA 31, 513 aus B. – Toeche Reg. 428. – Stumpf Reg. 5021. – Chevalier, Reg. dauphinois 1, 900 n° 5413. – B.–Baaken Reg. 536 (vgl. Nachtr.).*

*Erweiterte Wiederholung des DFI. 184, nicht des ebenfalls auf dem DFI. 184 fußenden DFI. 514. Arenga, Publicatio und Corroboratio verfaßt von H 2, der aufgrund des Epithetons potentissimo in der Datierung wohl auch als Mundator des verlorenen Originals anzusehen ist. – Zu Aynard de Moirans, Erzbischof von Vienne (1195–1204), vgl. Galland, Archevêchés v.a. 87–98. In Zusammenhang mit unserer Urkunde ist auch die Nachricht der im 13. Jahrhundert redigierten Series episcoporum Viennensium zu bringen, wonach Aynard und Haymo, der Erzbischof von Tarentaise (1171–1211), in Turin das hominium fidelitatis leisteten. Auf die Urkunde beziehen sich die Worte: Ipse vero imperator de omnibus regalibus eum investivit (ed. Mon. Germ. Script. 24, 815). Vgl. auch D.[535].*

In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Imperialem decet clemenciam de se bene merentibus intime benignitatis gratiam impertiri ipsisque, ut quemlibet ad fidelitatis exemplum invitet, preclara meritorum largiri beneficia. Quapropter notum facimus universis imperii nostri fidelibus presentibus et futuris, quod nos ad imitationem serenissimi patris nostri Friderici Romanorum imperatoris divi augusti<sup>1</sup> pro fidei devocione atque constancia, quam nobis et imperio nostro Viennensis ecclesia exhibere studuit, tibi Ainarde, venerabilis urbis archiepiscopo, et tibi Bruno<sup>a</sup>, pretaxate ecclesie decane, et per vos vestris successoribus archiepiscopis et decanis et fidei etiam canonicorum conventui Viennam cum omni integritate sua committimus, Popetum videlicet, Canales, palatia et cetera ad eiusdem civitatis dignitatem pertinentia. Prefata enim civitas imperialis sedis eminentia nullum preter nos debet habere possessorem, sed, quamdiu absumus, ipsam per eiusdem loci archiepiscopum et per cathedrales canonicos custodiri oportet. Quem tenoris modum vobis et ecclesie vestre recognoscentes omnem laicalem personam a dominio supradicte urbis excludimus. Nulla enim ratione tirannicam potestatem in cervicibus clericorum dominari volumus. Preterea omnes res et possessiones, universa quoque predia, quascumque vel in quibuscumque locis vel regnis seu comitatibus predecessores nostri divi reges vel imperatores a primitiva ecclesia eidem matri ecclesie sancti Mauricii Viennensi metropoli ad nostra usque tempora spontanee contulerunt vel alii retro principes seu quilibet deo fideles pro remedio anime sue vel qualibet alia pia devocione obtulerunt, per nostram imperialem auctoritatem eidem ecclesie eiusque rectoribus omni corroboracionis munimine confirmamus. Tibi vero Ainarde dilectissimo nostro venerabili archiepiscopo dignitatem ab antecessoribus nostris collatam indivisam conservantes recognoscimus, videlicet ut in regno Burgundie sacri palatii nostri archicancellarius et summus notariorum nostrorum semper existas et post te successores tui. Omnia quoque regalia ab antecessoribus nostris ecclesie Viennensi collata, commune eciam forum agencium vel sustinencium causas tam civiliter quam criminaliter nostra concessione teneas et possideas. Ad hec decernimus, ut in adventu nostro vel quocienscumque ad curiam nostram vocatus fueris vel expeditionem nobiscum facere debueris, cives Viennenses et Romanenses omni excusacione remota congrua tibi subsidia conferant. Privilegia quoque imperatorum et regum antecessorum nostrorum, quorum scripta Viennensis ecclesia habet, tibi et ecclesie eidem in perpetuum confirmamus. Si quis vero, quod absit, hanc nostram concessionem vobis et ecclesie vestre factam aliquo modo inquietare presumpserit, banno imperiali subiaceat et centum libras auri purissimi pro pena componat, quarum medietatem camere nostre, reliquam vero partem passis iniuriam decernimus persolvi. Ad cuius rei certam in perpetuum evidentiam presentem paginam inde conscribi iussimus et maiestatis nostre sigillo aureo communiri. Huius rei testes sunt:

BB 536 <sup>a</sup> Burno B

BB 536 <sup>1</sup> Vgl. die DDFI. 62, 184 und 514.

Aimo<sup>b</sup> Tarentasiensis archiepiscopus, Angelus Tarentinus archiepiscopus, Otto Nouariensis episcopus, Albertus Vercellensis episcopus, Gaido Yporerensis episcopus, Ardewinus Taurinensis episcopus, Bonefacius Saonensis episcopus, Bonefacius marchio Montisferrati, Willelmus marchio de Palodio, Arnoldus de Horemberc, Marquardus senescalcus, Heinricus marscalcus de Bappenheim, Heinricus<sup>c</sup> pincerna de Lutra, Thomas castellanus de Nona et alii quam plures. 5

Signum domini Heinrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi et regis Sicilie. (M.)

Ego Conradus imperialis aule cancellarius Hildeneshemensis electus vice Adolphi Coloniensis ecclesie archiepiscopi et totius Italie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>VI<sup>o</sup>, indictione XIII, regnante domino Heinrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo et rege Sicilie potentissimo, anno regni eius XXVII<sup>o</sup>, imperii vero sexto et regni Sicilie secundo; dat. apud Taurinum per manum Alberti imperialis aule prothonotarii V kal. augusti<sup>d</sup>. 10

### BB 538

*Heinrich nimmt das Kloster S. Maria Teodote zu Pavia unter Äbtissin Anastasia mit allen Besitzungen in seinen Schutz und bestätigt ihm die von Kaiser Heinrich (III.) und seinem Vater, Kaiser Friedrich (I.), oder von anderen Kaisern und Königen gewährten Privilegien.* 15

*Pavia, 1196 August 7.*

*Original in Mailand, Biblioteca Ambrosiana, Pergamene n<sup>o</sup> 835 (A).* 20

*Stumpf, Acta ined. 597 n<sup>o</sup> 427 aus A. – Stumpf Reg. 5023. – B.–Baaken Reg. 538.*

*Mundiert von einem unbekanntem Schreiber. Sowohl die Schrift als auch die zum Teil fehlerhafte Schreibung der Namen deuten darauf hin, daß er Italiener war. Das Diktat entspricht den Kanzleigewohnheiten und kann wohl H 2 zugeschrieben werden. – Bei den im Text genannten Kaiserurkunden handelt es sich um DH.III. 316 und DEI. 932; sie dienen nicht als Vorurkunden. – Zu den zahlreichen älteren Königsurkunden für S. Maria Teodote vgl. Lanzani, Concessioni immunitarie 7–21, Forzatti Golia, S. Maria "Teodote" 230 f. und dies., Monasteri femminili 11–13 und 21 f. bzw. 305–307 und 316 f. Zur Geschichte des Klosters im 12. Jahrhundert vgl. Forzatti Golia, Istituzioni ecclesiastiche Pavesi 326–332. Vgl. auch D.[DepTeodote].* 25 30

Der Text des Vertrages dürfte über die Vorurkunden DDFI. 94 und 695, DL.III. 97, DH.V. [79] und DH.IV. 442 auf ein verlorenes Diplom Heinrichs III. beziehungsweise auf dessen ebenfalls verlorene Vorlage zurückgehen; vgl. die Vorbemerkung zu DH.IV. 442. Die in diesem enthaltenen älteren Bestimmungen gehen teilweise bis in karolingische und sogar langobardische Zeit zurück. Der älteste erhaltene Vertrag zwischen den venezianischen Dogen und den Herrschern des Königreichs Italien wurde von Lothar I. 840 geschlossen (ed. Mon. Germ. Capit. 2, 130 n° 233). Eine Zusammenstellung der langen Reihe dieser Verträge und Urkunden bietet Kretschmayr, *Gesch. Venedig 1*, 431–435, vgl. dazu ebendt. 170–172. Vgl. dazu auch Rösch, *Venedig und das Reich*, hier 3 und 7 f. mit Anm. 4 f., zu unserer Urkunde 23 f., und zu den älteren Urkunden die Vorbemerkungen zu DO.I. 350 sowie DO.II. 300 und DO.III. 100. Die unveränderte Wiederholung vieler Bestimmungen erfordert es, ihr Verhältnis zur Rechtswirklichkeit in der Zeit Heinrichs VI. im einzelnen zu überprüfen. Auch bei den topographischen Gegebenheiten ist vor allem in dem Lagunengebiet mit Veränderungen gegenüber der Entstehungszeit ihrer Nennung zu rechnen. 20

Zur Topographie der genannten Orte und Gegenden vgl. Pavanello, *Antica laguna scomparsa* 266–280 und Karte nach 304, *Lanfranchi – Zille*, *Territorio* 5–47, *Fedalto*, *Cittanova Eracliana* 32 f., *Fedalto*, *Aquileia* 101 sowie Berkold, *Grenzen und Nachbarn* 233–237. Zur Lokalisation von *Fine* (Anm. 5), für die es kaum Hinweise gibt, vgl. Pavanello, *Marco Cornaro* 60 f., der eine Lage zwischen *Piave* und *Livenza* im Umkreis von *Eraclea* vermutet, auf der Höhe des *Canale Revedoli* südöstlich von *Eraclea*, unweit *Torre di Fine*, Pavanello, *Antica laguna scomparsa* 268, 280 und 286 sowie *Lanfranchi – Zille a.a.O.* 14. Zur Verortung der *ripa sancti Zenonis* und zur *fossa Metarnauri et Gentionis* (Anm. 6) vgl. Pavanello, *Marco Cornaro* 41 f. Anm. 2, der eine Verbindung mit dem heutigen *Canale Zenson* (*Zenson di Piave*, *Treviso*) zur Diskussion stellt. 25

Zu dem langobardischen dux Paulitio und dem venezianisch-byzantinischen magister militum Marcellus (Anm. 7) und der Grenzziehung des Gebietes von *Cittanova* zwischen venezianischem und langobardischem Gebiet unter König Liutprand um 713/715 vgl. jetzt Gasparri, *Anno 713* 30–38 mit weiterer Literatur, weiters auch Ortalli, *Travaglio* 15 und 19. Zum Niedergang von *Cittanova* bereits im 9./10. Jahrhundert vgl. *Lanfranchi – Zille a.a.O.* 13 f. 30

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie gloriosus. Quoniam stabilem christianorum principum karitatem operari plurima bona ad multorum utilitatem evidenter novimus et viros sapientes ac discretos rectores regnorum suorum notos habere et amicos semper curavimus, Henricum<sup>a</sup> Dandulum<sup>b</sup> virum egregium et clarissimum Veneticorum ducem, quem luce 50

sapientie et totius honestatis ubertate predicabiliter pollere manifestum est, habere notum et amicissimum ad decus imperii nostri stabilitate perpetua decrevimus. Ad cuius rei evidentiam dilectionem ipsius toto cordis<sup>c</sup> affectu amplectentes in confirmandis illis, que ab antecessoribus nostris suis antecessoribus collata et confirmata sunt, libenti animo voluntati et petitioni ipsius, sicut karissimi nostri, per omnia satisfacere studuimus. Hac igitur ratione omnino uniti nostram utriusque dilectionem rationabiliter observavimus et in multis magnisque negotiis publicis ac privatis eius sinceram dilectionem ac preclaram sapientiam imperio nostro et nobis nostrisque fidelibus utilem existere probavimus. Et quia ipsius rei efficacia et sapientum<sup>d</sup> iudicio sapiens atque discretus Venetici regni rector extitit et egregia fides et pure dilectionis exhibitio, quam semper erga nos habuit et nostrum imperium, eum in omnibus<sup>e</sup> \* commendabilem exhibuit, dignus eius et honestus interventus apud nostram imperatoriam maiestatem locum utpote amici karissimi et viri sapientissimi venerabiliter optinuit. Igitur ob sinceram et venerabilem eius dilectionem, quicquid ipse dux et Venetici ducatus, ecclesie et populus ex antiquo per multos annos in imperii nostri potestate, secundum quod in preceptis nostrorum antecessorum regum et imperatorum continetur et in pacto Ottonis<sup>1</sup> et Henrici<sup>2</sup> atque Lotharii<sup>3</sup> et Friderici<sup>4</sup> patris nostri inclite recordationis imperatorum legitur, iuste et legaliter tenuit et habuit, per hanc nostram imperialem paginam renovamus et confirmamus, ita quidem, ut pars parti nil malignum aut iniustum, sed semper, quod rectum est, in omnibus actionibus et rebus facere presumat. Et si, quod<sup>f</sup> absit<sup>f</sup>, aliqua malitia vel lesio inter partes commissa fuerit, per huius federis decreta tergatur ac facta satisfactione a rebelli et transgressore parte ad pactum observandum hec series federis per cuncta inviolabiliter annorum semper curricula maneat remota contradictione vel inpugnatione tam nostra quam omnium successorum nostrorum, quia iniustum videtur, ut aliquis vel suis vel equis sanctionibus oppugnare nitatur. Et ut maxime notentur specialiter vicini populi tam ex nostro regno quam ex predicto ducatu Venetie, a quibus omnimodo hanc pactionis institutionem observandam esse decernimus, hii sunt ex nostro scilicet iure: Papienses, Mediolanenses, Cremonenses, Lucenses, Pisani, Ianuenses, Placentini, Florentini, Ferrarienses, Rauenenses, Clomacenses, Ariminenses, Pisaurienses, Cesenenses, Fanenses, Senogallenses<sup>g</sup>, Anconenses, Humani, Firmenses, Epinenses, Veronenses, Montesilicenses, Gauellenses, Vincentini<sup>h</sup>, Paduani, Teruisini, Cenotenses, Foroiulienses, Istrienses, et cuncti de nostro Italico regno, sive qui modo sunt vel qui in posterum futuri sunt; ex predicto vero ducatu Venetie sunt: Riuoaltenses, Metamaucenses, Torcellenses, Clugienses, Palestrinenses, Campargellenses<sup>i</sup>, Brundulienses, Lauretani, Murianenses, Amianenses, Burianenses, Equilenses, Caprulenses, Ciuitatinenses, Finenses<sup>5</sup>, Gradenses et cuncta generalitas populi Venetici<sup>j</sup>, sive qui modo sunt vel qui futuri sunt.

Confirmamus itaque Veneticorum fines a nemine nostrorum inquietari, invadi vel minorari debere, sed libere et absque ullo impulsu, que retro ab annis possederunt multis, deinceps possideant. Proprietates vero et predia, que habere videntur tam ipse dux quam suus patriarcha nec non episcopi, abbates et ecclesie sancte dei et reliquus populus Venetie sibi subiectus infra potestatem imperii nostri, sive in campis, sive in domibus, pratis, silvis, vineis, paludibus, salictis, sationibus, piscationibus et ceteris possessionibus, quiete possideant absque cuiusquam insultantis machinatione aut lesione sive sinistra quapiam tergiversatione, ita ut nemo contrarietatem eis inde facere presumat, nec etiam venationes aut pabulationem sine eorum licentia exerceat neque molestiam ibi residentibus inferat neque aliquam navem ipsorum Uenetorum in aliqua<sup>k</sup> nostri imperii parte periclitantem<sup>l</sup> predari seu hominibus naufragium patientibus aliquam controversiam inferre presumat. Quod qui fecerit, componat centum libras auri purissimi illis, quibus iniuriam intulit<sup>m</sup>, et res dominio<sup>n</sup> possidentium mancipientur et quiete liceat possessoribus illas tenere ac frui.

Quodsi excursus inter partes factus fuerit, ipsa persona, que in capite fuerit ad eandem malitiam faciendam, infra LX dies tradatur, et omnia, que fuerint ablata, in duplum restituantur<sup>o</sup>. Quodsi

**BB 596** <sup>c</sup> VU., corde B <sup>d</sup> VU., sapient mit Kürzungsstrich über t B <sup>e</sup> folgt nobis VU. <sup>f</sup> absit quod B <sup>g</sup> Senogall mit Kürzungsstrich durch ll B <sup>h</sup> VU., Vincet B <sup>i</sup> Caputargelenses VU. <sup>j</sup> Venecie VU. <sup>k</sup> VU., aliquam B <sup>l</sup> VU., periclitantes B <sup>m</sup> intulerit VU. <sup>n</sup> VU., domino B <sup>o</sup> VU., restituantur B

**BB 596** <sup>1</sup> DO.I. 350, DO.II. 300, DO.III. 100 <sup>2</sup> wohl DH.V. [79] von 1111 Mai 22 (Stumpf Reg. 3062) <sup>3</sup> DL.III. 97 <sup>4</sup> DFI. 695 <sup>5</sup> vgl. Vorbem.

ipsum duplum compositum non fuerit vel persona ipsa tradita non fuerit infra LX dies, ut dictum est, tunc per<sup>p</sup> unamquamque personam, que ipsam malitiam perpetraverit, componantur aurei quingenti.

Si furtum inter partes fuerit factum, in quadruplum restituatur.

Si servi aut ancille inter partes confugerint, cum omnibus rebus, quas secum detulerint, reddantur et iudex, qui ipsos fugitivos reddiderit, accipiat pro unoquoque singulos solidos auri, sic tamen, ut, si amplius requiritur, per sacramentum ydonea dominis illorum satisfactio fiat. Si vero iudex aut aliquis<sup>q</sup> ipsos fugitivos susceperit<sup>r</sup> et eos reddere cura negaverit et exinde fugerint, tunc pro unoquoque fugitivo componat auri solidos LXXV<sup>s</sup>. Quodsi dubium fuerit et denegaverit iudex vel auctor loci illius, in quo fugitivi requiruntur, tunc prebeant sacramentum XII electi, quod ibi suscepti non fuerint nec illos habeant nec in conscientia illorum sint nec aliquas res illorum secum habuerint. Si autem hoc distulerit facere, post primam et secundam contestationem presentia testium peractam<sup>t</sup> per iussionem iudicis sui liceat pignorare hominem de ipso loco, ubi causa requiritur, ita tamen, ut ipsum pignus post peractam<sup>t</sup> iustitiam per integrum reddatur.

Et nullatenus liceat alicui pignus accipere per alia loca, nisi ubi fugitivi aut cause requiruntur. Et si pignoratio pervenerit, non presumat aliqua<sup>u</sup> pars pro pignore aliam pignorare, sed expectet usque ad audiendam causam, ita sane, ut cause in VI mensium spatio fiant et sint finite cause, reddens prius, quia ex iudicio condempnatus fuit, et prius suum recipiat. Nam si quis de alio loco pignus tollere presumpserit aut sine causa tulerit aut aliquem pro pignore pignoraverit, in duplum, qui tulerit, restituat.

Si vero equi aut eque seu armenta aut aliqua quadrupedia furtim fuerint sublata, in duplum restituantur; si ipsa aberraverint, omnino reddantur. Quodsi post primam et secundam contestationem minime reddita fuerint, tunc pignoratio fiat de loco, ubi hec requiruntur, usque dum pars parti satisfaciatur, et post satisfactionem reddantur ipsa pignora.

Et hoc statutum est, ut, si fugitivus seu res reddita fuerit vel si per sacramenta satisfactio adimpleta fuerit, modis omnibus pars parti securitatem faciat.

Si quis vero extra memorata capitula pignorare presumpserit, causam perdat et, quod tulit, restituat.

Negotia autem inter partes fiant et liceat dare et accipere, quicquid inter eos convenerit sine aliqua violentia vel contrarietate, ita ut equa conditio utrarumque partium negotiatoribus conservetur.

Ripaticum autem et quadragesimum Venetis detur secundum antiquam consuetudinem. Ipsi vero Veneti per totum imperium et per totam terram, quam vel nunc habemus vel in posterum auctore deo habituri sumus, liberi sint ab omni exactione et datione. Et licentiam habeant homines ipsius ducis ambulandi per terram seu per flumina totius imperii nostri; similiter et nostri per mare usque ad eos et non amplius.

De hoc convenit, quod, si qua lesio evenerit inter partes, legatarii non detineantur. Si vero detenti fuerint, relaxentur et componantur eis solidi CCC<sup>ti</sup>. Et si, quod absit, occisi fuerint, componantur parentibus eorum pro ipsis solidi M et ipsa persona tradatur in manus eorum.

Si quis inter partes causam habuerit, vadat semel aut bis cum epistola iudicis sui. Si ei iustitia facta non fuerit infra dies XIII, si ipse homo, unde iustitia requiritur, infra ipsum locum fuerit, infra dies VII licentiam habeat pignorare iudex, qui ipso tempore ordinatus fuerit, infra casam<sup>v</sup> suam, quantum ipsum debitum erit, et ipsum pignus usque ad determinationem cause teneatur. Quodsi antesteterit pignus, componantur solidi XII causa manente, ut pro eo iterum pignoratio fiat, ubi potuerit in finibus, ubi causa requiritur. Si tamen, ubi iudicium ambabus partibus annuntiatum fuerit, residentibus duobus de utraque parte, ubi causa requiritur, quod ipsi per evangelium terminaverint, pars parti satisfaciatur.

**BB 596** <sup>p</sup> folgt überflüssige per-Kürzung B <sup>q</sup> VU., aliquos B <sup>r</sup> VU., suscepti B <sup>s</sup> LXXII VU. <sup>t</sup> VU., peratam B <sup>u</sup> alia VU. <sup>v</sup> VU., cam mit Kürzungsstrich B

Addimus autem, quod, si quis homicidium perpetraverit, modis omnibus ipse et quanti mixti fuerint in ipso homicidio, ligati tradantur. Quodsi factum non fuerit, pro unaquaque persona componantur auri solidi CCC.

Simili pena decernimus dampnandum eum, qui in communibus mercatis tumultum populi excitans homicidium perpetraverit<sup>w</sup>. Quodsi tumultus sine homicidio aut plaga sedatus fuerit, componat pro excitatione solidos auri CCC. 5

Si aliqua pignoratio in silva fieri debuerit, sine homicidio fiat. Et si, quod absit, homicidium factum fuerit, pro libero homine componantur solidi auri CCC et pro servo L. Si plaga facta fuerit, ut non moriatur, pro libero homine solidi L, pro servo XXX.

Statutum est, ut de rebus sanctarum ecclesiarum dei nullus pignorationem faciat excepto, si cum sacerdotibus causam habeat et ante compellatio fiat semel vel bis. Nam qui aliter presumpserit, duplum componat et, si nesciens pignoraverit, prebeat sacramentum, et sit solutus pignusque salvum restituat. 10

Et hoc stetit de capulo, quod Riualtenses, Metamaucenses, Albionenses, Torcellenses, Amianenses fecerunt retro ab annis multis: habeant licentiam faciendi secundum antiquam consuetudinem sive per flumina sive per mare. 15

Equilenses vero capulari debent in ripa sancti Zenonis usque in fossam Metarnauri et Gentionis<sup>6</sup> secundum consuetudinem omnem arborem et evegere<sup>x</sup> in carro aut ad collum, quantum sibi placuerit, et habeant licentiam pecudes in ipsis finibus pascere vel pabulari.

De finibus Civitatis Noue statuimus, ut terminatio, que a tempore Lurprandi<sup>y</sup> regis facta est inter Paulitionem ducem et Marcellum magistrum militum,<sup>7</sup> deinceps manere debeat, id est de Plauem maiore usque in Plauem siccam; pecudes quoque et greges cum securitate pascere debent. 20

Caprulani<sup>z</sup> vero in silva Foroiuliana<sup>aa</sup>, ubi semper capulaverunt, capulare debeant.

Similiter Gradenses secundum antiquam consuetudinem in silvis Foroiulii<sup>ab</sup> capulum faciant.

Confirmamus etiam Lauretum, ut, quantum aqua salsa continet, eorum subiaceat potestati. 25

Et nullus princeps vel pauper aliquem<sup>ac</sup> Veneticorum<sup>ad</sup> distringere aut legem facere de aliqua habita substantia aut ad placitum ducere nisi in presentia illorum ducis aut fodrum tollere de illorum terris, que in nostro sunt imperio, aut bannum mittere tam dominis habitantibus in Venetia quam de illorum hominibus ubicumque habitantibus iustitiam aliquam accipere presumat nisi in presentia dominorum suorum. 30

Confirmamus, ut pars parti de causis ecclesiarum, monasteriorum omnimodo iustitiam faciat.

Volumus, ut pro una libra denariorum vel uno homine sacramentum<sup>ac</sup>, et si usque ad XII libras denariorum Veneticorum, XII electi iuratores addantur. Nam si ultra XII libras questio facta fuerit, iuratores ultra XII non accedant.

Statuimus etiam de pignoribus, que inter partes facta fuerint, ut, si qua de eis contentio orta fuerit, illi tribuatur arbitrium iurandi soli, qui pignus habuerit<sup>af</sup>, sine electis. 35

De cautionibus<sup>ag</sup> vero simili modo agatur.

**BB 596** <sup>w</sup> VU., inpetraverit B <sup>x</sup> vegere VU., statt vehere <sup>y</sup> irrig statt Lutprandi VU. <sup>z</sup> VU., Capulari B <sup>aa</sup> VU., Foraiuliana B <sup>ab</sup> VU., Foroiuli B <sup>ac</sup> VU., aliquando B <sup>ad</sup> VU., Venet mit Kürzungsstrich über et B <sup>ac</sup> folgt faciat DO.II.300, fehlt in allen VU., C ergänzt accipiat <sup>af</sup> VU., habuit B <sup>ag</sup> VU., captionibus B

**BB 596** <sup>6</sup> vgl. Vorbem. <sup>7</sup> eine entsprechende Urkunde ist nicht erhalten; vgl. Vorbem.

Promisit cunctus ducatus Veneticorum nobis et successoribus nostris pro huius pactionis federe annualiter omni mense martio persolvere libras denariorum suorum L et totidem libras piperis et unum pallium.

Si quis igitur dux vel marchio, comes, vicecomes aut aliqua magna vel parva persona huius nostre imperialis pagine violator extiterit, quod minime credimus futurum, sciat se pro pena compositurum auri optimi libras mille, medietatem fisco imperiali et medietatem duci Veneticorum. Quod ut verius credatur et ab omnibus diligentius observetur, hanc paginam corroborantes sigilli nostri inpressione iussimus insigniri. Huius rei testes sunt: Angelus Tarentinus archiepiscopus, Heinricus dux Austrie, Veillelmus marchio Montisferati, Conradus dux Spoleti, Marcoaldus dapifer marchio Ancone dux Rauenne et Romaniole, Albertus comes de Spanheim, Arnoldus de Horenberc<sup>ah</sup>, Albertus prothonotarius, Heinricus marscalcus de Kalindin et alii quam plures.

Signum domini Heinrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi et regis Sicilie. (M.)

Ego Conradus Hildinsheimensis<sup>ai</sup> episcopus et imperialis aule cancellarius vice domini Adolphi Coloniensis archiepiscopi et totius Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno domini MCXCVII, indictione XV, regnante domino Heinrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo et rege Sicilie, anno regni eius XXVIII, imperii septimo et regni Sicilie tertio; dat. apud Castrum Iohannis VIII idus iunii.

### BB 599

*Heinrich bestätigt die durch Markgraf Otto von Brandenburg und dessen Bruder, Graf Albrecht, erfolgte Übertragung namentlich genannter Güter im Herzogtum jenseits der Elbe und in der Mark Brandenburg, in den zugehörigen Grafschaften und in den Grafschaften der Grafen Dietrich von Sommerschenburg und Otto von Falkenstein an die erzbischöfliche Kirche von **Magdeburg** unter Vorbehalt der kaiserlichen Rechte.*

Linaria bei Patti, 1197 Juli 9.

*Original in Magdeburg, Landeshauptarchiv Sachsen-Anhalt, Abt. Magdeburg, U 1 I, n° 85 (A).*

*Ludewig, Erläuterung der Gueldenen Bulle ed. I. 2, 702 unvollst. aus Abschrift = ed. II. 2, 702. – Ludewig, Reliquiae manuscriptorum 11, 600 n° 58 aus Abschrift = Bekmann, Chur und Mark Brandenburg 2, Teil 5, Bd. 1, Kap. 1, 24 n° 7. – Sagittarius, Hist. Magdeburgensis 4,9,9 (ed. Boysen, Allgem. Histor. Magazin 2), 92 aus Abschrift. – Schaumann, Gesch. der Grafen von Valkenstein 152 n° 11 aus Abschrift. – Riedel, CD. Brandenburgensis 3/1, 5 n° 4 aus den Drucken von Ludewig, Reliquiae manuscriptorum, Bekmann und Sagittarius. – Heinemann, CD. Anhalt. 1, 531 n° 718 unvollst. aus A. – Posse, CD. Sax. regiae 1/3, 21 n° 23 unvollst. aus A. – Kaiserurk. in Abb. X, 19 Faks. – Böhmer Reg. 2896. – Toeche Reg. 475. – Stumpf Reg. 5068. – Mülverstedt, Reg. archiep. Magdeburg. 2, n° 75. – Dobenecker Reg. 2, n° 1054. – Krabbo – Winter, Reg. Markgrafen von Brandenburg 101 n° 495. – Clementi Reg. 118. – Schlütter-Schindler, Reg. Herzöge von Bayern 46 n° L I 69. – B.–Baaken Reg. 599.*

*Geschrieben von H 2, an den auch einzelne Elemente des kanzleigemäßen Diktats erinnern. – Die in Sizilien für einen deutschen Empfänger ausgestellte Urkunde*

wurde wie D.[602] vom Reichskanzler gemeinsam mit dem sizilischen Kanzler rekognosziert; vgl. Bresslau, *Urkundenlehre* 1<sup>3</sup>, 501 Anm. 5. – In unserem Diplom wie auch in D.[602] wird auf schriftliche Unterlagen hingewiesen, die dem Kaiser vorlagen (sicut litterę ipsorum ad nostram presentiam directe manifestius expresserunt, quod utriusque partis littere ad nos directe declarant). Erhalten sind die Urkunde des Markgrafen Otto von 1196 nach November 28 über die Schenkung an Magdeburg (ed. Heinemann, *CD. Anhalt. 1*, 523 n° 710 Teildr. aus Abschrift, Sello, *Lehnsauftrag* 279 aus dem Original) sowie der Wortlaut des am 24. November 1196 im Dom zu Magdeburg abgelegten Eides des Markgrafen und seines Bruders Albrecht bezüglich dieser Schenkung (ed. Sagittarius, *Hist. Magdeburgensis* 4,9,8 ed. Boysen, *Allgemeines Histor. Magazin* 2, 91 leicht gekürzt; Buchholtz, *Versuch* 4, *Urk.-Anhang* 38 n° 28 aus der Sammlung von Urkundenabschriften des Jacob Paul von Gundling (1673–1731), handschriftliche Überlieferung in der Staatsbibliothek zu Berlin Preussischer Kulturbesitz, Ms. boruss. fol 528, f. 230; Riedel, *CD. Brandenburg. 3/1*, 5 n° 3 leicht gekürzt aus Drucken. Sonstige Schriftstücke müssen als verloren gelten. Die Urkunde des Markgrafen Otto diente unserem Diplom als Vorurkunde; die Abhängigkeit wurde durch Petitsatz gekennzeichnet. 5

Im Gegenzug zu der Übertragung der Güter versprochen Erzbischof und erzbischöfliche Kirche von Magdeburg, Markgraf Otto (1184–1205) und Graf Albrecht (1184/1205–1220) binnen eines Jahres und sechs Wochen mit den zu Lehen aufgetragenen Gütern zu belehnen, was Heinrich VI. ebenfalls bestätigte (D.[602]). Diese Umwandlung des askanischen Allodialbesitzes in Magdeburger Stiftslehen erfolgte offenbar in engstem Zusammenwirken mit dem Kaiser, dem so die mit dem Erzbischof abzustimmende Möglichkeit der Vergabe an einen neuen Markgrafen im Falle des befürchteten Aussterbens der askanischen Hauptlinie gewahrt blieb, vgl. dazu jetzt Menzel, *Stiftslehen* 56–63, und zuvor bereits Marcus, *Herzog Bernhard von Anhalt* 171–190, zu den genannten Burgen besonders 180–185, sowie Podehl, *Burg und Herrschaft* 39–45. S. die DD.[482 und 602]. Da Graf Albrecht, der nach dem Tod seines Bruders 1205 Markgraf wurde, Nachkommen hatte, trat der Heimfall erst zu Beginn des 14. Jahrhunderts ein. Auch dann konnte Magdeburg seine Ansprüche nicht durchsetzen, vgl. dazu Menzel a.a.O. 55 ff. und Scholz, *Weltlicher Besitz* 407. – In der erwähnten Urkunde Markgraf Ottos von 1196 nach November 28 wird der Erzbischof von Magdeburg als Herzog des Herzogtums jenseits der Elbe bezeichnet; vgl. dazu Scholz a.a.O. 406 f. 10

Nach den letzten Worten eines Dorsualvermerks des 16. Jahrhunderts (sub sigillo aureo sed deciso) war die im Text angekündigte Goldbulle damals bereits nicht mehr vorhanden. 15

(C.) x In nomine sanctę et individue trinitatis. Heinricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. x    Votis, que ad audientiam nostrę maiestatis porrecta fuerint, eó libentius imperialis magnificentię impertimur favorem, quó in hiis ecclesiarum utilitatibus adicitur nec tamen rationi seu iuris ordini aliquatenus obviatur. Eapropter \* universitati presentium \* et futurorum noticię declaramus \*, quod dilecti nostri nobiles viri Otto Brandenburgensis marchio et \* comes Albertus frater eius ad profectum salutis animarum suarum predia sua, quecumque in ducatu Transalbino seu marchia Brandenburgensi et in omnibus comitatibus ad ipsam marchiam \* pertinentibus \* necnon et \* in comitatibus Theoderici illustris de Summerschemburc et nobilis viri Ottonis de Falkenstein comitum habuerunt, uterque de alterius compromisso et consensu mutuo sanctissimo martiri Mauricio et Magdeburgensi ecclesię et venerabili Ludolfo eius archiepiscopo contulerunt, sicut litterę ipsorum ad nostram presentiam directe<sup>1</sup> manifestius expresserunt. Iuraverunt etiam fratres predicti bonorum eorundem traditionem per ipsos factam ratam \* tenere et \* Magdeburgensem ecclesiam de hiis bona fide sine dolo ad iusticiam warenthare. Petiverunt quoque idem fratres a nostra celsitudine bona eadem Magdeburgensi ecclesię maiestatis nostrę privilegio confirmari. Nos igitur 40

BB 599<sup>1</sup> vgl. *Vorbem.*

predictorum marchionis et fratris eius traditionem divalis pagine nostrę munimine roborantes bona eadem, Gardelege scilicet et Saltwedele tam castra quam oppida cum omnibus pertinentiis et iure utrorumque, \* civitatem Stendale et preposituram cum suis attinentiis et hec oppida Sehusen, Bambissen, Wirbene cum omnibus pertinentiis et iure singulorum, item medietatem burchwardi Calue cum suis attinentiis et predia, quecumque in antiquo seu novo prato idem fratres habuerunt, seu in hiis Arneburc, Osterburc et Tangermunde burchwardis, item novam civitatem Brandemburc et \* terram adiacentem, que Zuche vocatur, cum omnibus eius tenementis, item Sticboie et quandam partem Cherewist cum \* pertinentiis utriusque, item Hunoldesburg, \* Hildagesburc, \* Eluebuy \* cum pertinentiis ipsorum, \* hec inquam expressa predia et alia, quecumque idem fratres Magdeburgensi ecclesię \* tradiderunt, ipsi ecclesię et Ludolfo venerabili eius archiepiscopo suisque successoribus auctoritate nostra et presentis privilegii patrocínio in perpetuum confirmamus salvo per omnia iure imperiali. Statuimus igitur et pragmatico sancimus edicto, ut nulla omnino<sup>a</sup> humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica persona contra hanc maiestatis nostrę concessionem et confirmationem venire presumat vel eam attemptet aliquatenus perturbare. Quod si quis facere presumpserit, in ultionem temeritatis suę centum libras auri puri pro pena componat, dimidium camerę nostrę et reliquum passis iniuriam. Ad cuius rei certam in posterum evidentiam presentem paginam inde conscribi iussimus et maiestatis nostrę sigillo aureo communiri. Huius rei testes sunt: Stephanus Pathensis episcopus, Theodericus Traiectensis ecclesię prepositus, magister Gerhardus rector Salernitanę ecclesię, Albertus prothonotarius, Conradus maior in Maguntia prepositus, Theodericus prepositus de Kerpene, Fridericus dux Austrię, Liudewicus dux Bawarie, Conradus dux Spoleti, Otto comes de Hennemberc, Heinricus illustris dominus Austrię, Marquardus senescalcus marchio Ancone dux Rauenne, Arnoldus de Horemberc, Heinricus pincerna de Lutra et alii quam plures.

x Signum domini Heinrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi et regis Sicilie. x (M.)

Ego Conradus Hildeneshemensis episcopus imperialis aulę cancellarius uná cum domino Gvaltero Troiano episcopo et regni Sicilię cancellario recognovi.

Acta sunt hec anno dominicę incarnationis M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>VII<sup>o</sup>, indictione XV<sup>a</sup>, regnante domino Heinrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo ac potentissimo rege Sicilie, anno regni eius XX<sup>o</sup>VIII<sup>o</sup>, imperii vero septimo et regni Sicilię tertio; dat. in Linaria iuxta Pactum in Sicilia VII<sup>o</sup> idus iulii.

(B.D.)<sup>b</sup>

**BB 600**

*Heinrich erläßt dem Augustiner-Chorherrenstift **Saint-Dié-des-Vosges** auf Bitten seines Verwandten, des Propstes Matthäus, für alle Zeiten das Servitium, zu dem das Stift bisher verpflichtet war.*

*Palermo, 1197 Juli 15.*

*Original in Épinal, Archives départementales des Vosges, G 247 n<sup>o</sup> 29 (A).*

*Duhamel, Doc. de l'hist. des Vosges 2, 164 aus A. – Böhmer, Acta imp. 194 n<sup>o</sup> 212 aus dem Livre Rouge de Saint-Dié in den Archives départementales des Vosges zu Épinal, G 2688, f.33. – Toeche Reg. 476 zu Juli 16. – Stumpf Reg. 5069. – Goertz,*

**BB 599**<sup>a</sup> no aus m verb. <sup>b</sup> zwei Einschnitte in der Plica, Goldbulle laut Ankündigung, vgl. Vorbem.

*Mittelrhein. Reg. 2, 222 n° 804. – Wauters, Table chronol. 3, 76 Reg. – Clementi Reg. 119. – B.–Baaken Reg. 600 (vgl. Nachtr.).*

*Geschrieben von H 15, der wohl Südtaliener war und auch als Verfasser in Betracht kommt. Da er gewohnt war, die fortlaufende Zählung der Monatstage anzuwenden, hat er in die Datierung nach dem römischen Kalender irrtümlich das Wort die eingebaut.*

*Die Verwandtschaft des Kaisers mit Propst Matthäus besteht über dessen Großvater väterlicherseits, Herzog Matthäus I. von Lothringen (1139–1176), der mit Bertha, einer Schwester Friedrich Barbarossas verheiratet war. Propst Matthäus (†1217), der zweite Sohn des Herzogs Ferry von Bitche (1176–1206), war schon im Kindesalter Kanoniker und 1188 Propst von Saint-Dié geworden. 1198–1210 war er Bischof von Toul; vgl. zu ihm Poull, Maison ducale de Lorraine 45 f., Bönnen, Bischofsstadt Toul 338–340 und Maleczek, Mittelpunkt Europas 134–136. Zu den erwähnten Herzogen Matthäus und Ferry von Lothringen vgl. Poull a.a.O. 34–50. – Zur Geschichte von Saint-Dié zu dieser Zeit vgl. Boudet, Chapitre de Saint-Dié 40–42. – Vgl. auch das große Privileg Heinrichs VI. für Saint-Dié von 1196 September 28 (D.[528]).*

*Dorsualvermerk des 14. Jh.: Privilegium a Henrico imperatore sexto, per quod omnis servitus huius ecclesie remittitur eidem ecclesie et absolvitur omnino ab omni onere.*

x Heinricus x sextus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Etsi omnium fidelium nostrorum preces iustas volumus admittere eorum tamen precipue, qui nobis consanguineitate cognoscuntur esse coniuncti. Quapropter universis imperii nostri fidelibus per hoc presens scriptum notificamus, quod nos ad petitionem dilecti consanguinei nostri Mathei prepositi ecclesie sancti Deodati ipsi ecclesie remisimus in perpetuum pro salute anime nostre omne servitium, quod nobis a predicta ecclesia exhiberi debebat. Ut autem hec nostra remissio tam a nobis quam a successoribus nostris firmitatis perpetuum robur obtineat, presentem inde paginam iussimus conscribi et maiestatis nostre sigillo communiri. Huius rei testes sunt: Marquardus senescalcus marchio Ancon(e) et dux Rauenn(e), Conradus dux Spoleti, Albertus comes de Spanheim, comes Bertoldus de Leschemunde, Thedericus<sup>a</sup> prepositus Traiecten(sis), Theodericus prepositus Carpen(sis), Albertus imperialis aule prothonotarius, Fridericus prepositus Argentin(ensis) et alii quam plures.

Dat. Panormi anno domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>VII<sup>o</sup>, indictione XV<sup>a</sup>, XVIII die kalendas augusti.

(SP.D.)<sup>b</sup>

## BB 602

*Heinrich bestätigt, daß der Erzbischof von Magdeburg dem Markgrafen **Otto** von **Brandenburg** und dessen Bruder, dem Grafen **Albrecht**, das eidliche Versprechen gegeben habe, sie binnen genannter Frist mit allen von ihnen dem Erzstift übereigneten Gütern zu belehnen, und zwar mit dem Recht, ihre sämtlichen Magdeburger Lehen auf ihre Kinder, Söhne wie Töchter, samt allen Einkünften zu übertragen.*

Linaria, 1197 Juli 28.

*Original in Magdeburg, Landeshauptarchiv Sachsen-Anhalt, Abt. Magdeburg, U 1 I, n° 86 (A).*

BB 600 <sup>a</sup> A <sup>b</sup> grüne Seidenfäden erhalten.



*Ludewig, Reliquiae manuscriptorum 11, 603 n° 59 unvollst. aus Abschrift = Scheidt, Orig. Guelf. 4, 153 n° 60. – Bekmann, Chur und Mark Brandenburg 2, Teil 5, Bd. 1, Kap. 1, 26 n° 8 wohl aus A. – Sagittarius, Hist. Magdeburgensis 4,9,10 (ed. Boysen, Allgem. Histor. Magazin 2), 94 aus Abschrift = Walther, Singularia Magdeburgica 2, 46 n° 8. – Gercken, CD. Brandenburgensis 3, 65 n° 11 aus Abschrift des 14. Jh. – Riedel, CD. Brandenburgensis 3/1, 7 n° 5 aus Abschrift des 14. Jh. und aus Gercken. – Kaiserurk. in Abb. X, 20<sup>a</sup> Faks. – Posse, CD. Sax. regiae 1/3, 22 n° 24 unvollst. aus A. – Sachsen-Anhalt 44 Abb. I.76 Faks. irrtümlich zu 1192. – Beck – Henning, Die archivalischen Quellen 31 Abb.9 Faks. – Böhmer Reg. 2897. – Toeche Reg. 478. – Stumpf Reg. 5071. – Mülverstedt, Reg. archiep. Magdeburg. 2, n° 76. – Holstein, Verdener Kaiserurk. 278 n° 51 Reg. – Dobenecker Reg. 2, n° 1056. – Krabbo – Winter, Reg. Markgrafen von Brandenburg 101 n° 496. – Clementi Reg. 121. – Boshof, Reg. 1, 313 n° 1034. – Schlütter-Schindler, Reg. Herzöge von Bayern 47 n° L I 71. – B.–Baaken Reg. 602.*

*Geschrieben von H 16, ausgenommen Chrismon und Monogramm, die von H 2 eingetragen wurden, der offenbar die Beurkundung überwachte. Kanzleigemäßes Diktat unter Verwendung des D.[599]; die Abhängigkeit wurde durch Petitsatz gekennzeichnet. Die Urkunde ist mit Wachs besiegelt, während D.[599] ein Goldsiegel ankündigt.*

*Zur Schenkung der Brüder Markgraf Otto und Graf Albrecht von Brandenburg an die erzbischöfliche Kirche von Magdeburg sowie zur gemeinsamen Rekognition durch den Reichskanzler und den Kanzler des Königreiches Sizilien vgl. die Vorbemerkung zu D.[599]. Zur weiblichen Erbfolge in den Lehen und der Übergabe in die übernächste Generation secundum districtionem feodalis iusticie vgl. auch Pferschy-Maleczek, Lehnswesen 206 f. und 212.*

(C.) x In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. x Licet universorum rationalibus et iustis desideriis nostre maiestatis facilem impertiri et velimus et debeamus assensum, eorum tamen vota magis amplectimur et favore prosequimur ampliori, que, cum rationi non obvient, pium et commendabile<sup>a</sup> noscuntur<sup>b</sup> exordium habuisse. Eapropter universitati presentium et futurorum noticie declaramus, quod, cum nobiles viri Otto Brandenburgensis marchio et comes Albertus frater eius divine remunerationis intuitu, ut celestis patrimonii participes redderentur, predia ipsorum, quecumque in ducatu Transalbino seu marchia Brandenburgensi vel in omnibus comitatibus ad ipsam \* pertinentibus seu in comitatibus Theoderici illustris de Somersenburg et nobilis viri Ottonis de Falkenstein comitum habuerunt, \* Magdeburgensi ecclesie tradidissent, ab archiepiscopo et suis canonicis et familia Magdeburgensi promissionem huiusmodi acceperunt, quod predictus archiepiscopus vel successor eius bona eadem, quecumque idem fratres preface ecclesie contulerunt, transacto anno et sex ebdomadis<sup>c</sup> a tempore collationis ipsis concedet in feodo et restituat eis universa tam oppida quam<sup>d</sup> et castra. Predicti vero marchio et frater eius tam illa bona quam ea, que prius de Magdeburgensi ecclesia tenuerunt, si prolem habuerint, in utriusque sexus personas tam filios quam et filias, sane quotcumque<sup>e</sup> fuerint, transmittent, qui etsi etatis minoris fuerint, bona tamen omnia cum omni iure et eo, quod aneuelle vocatur, habebunt. In successoribus vero prime prolis secundum districtionem feodalis iusticie procedetur. Hanc autem constitutionem<sup>f</sup> archiepiscopus data fide, canonici maiores ac quinquaginta ministerialium cum eorum filiis et fide et iuramento interpositis firmaverunt, quod utriusque partis littere ad nos directe<sup>1</sup> declarant, et nos hanc eandem inter eos conventionem et promissionem

**BB 602** <sup>a</sup> folgt radiierter Buchstabe, wohl m <sup>b</sup> cun auf Rasur, cunt mit bellerer Tinte nachgetragen <sup>c</sup> zweites d wohl aus t verb. <sup>d</sup> überflüssiger Kürzungsstrich durch den Unterschaft des q <sup>e</sup> ot auf Rasur aus zwei Buchstaben mit Mittellänge verb. <sup>f</sup> A statt constitutionem

**BB 602** <sup>1</sup> vgl. Vorbem. zu D.[599].

imperiali auctoritate<sup>g</sup> confirmamus. Statuimus igitur et imperiali sanctimus edicto, ut nulla omnino persona alta vel humilis, ecclesiastica seu secularis contra hanc \* nostre \* confirmationis paginam venire presumat. Quod qui facere attemptaverit, in ultionem temeritatis sue sexaginta libras auri puri pro pena componat, dimidium curie nostre et reliquum iniuriam passis. Ad cuius rei noticiam presentem paginam inde conscribi et nostre maiestatis sigillo \* iussimus communiri. 5  
Huius rei testes sunt: Guillelmus Reginus archiepiscopus, Samarus Tranensis archiepiscopus, Bonushomo Cusentinus archiepiscopus, Wulfkerus Pattaiensis episcopus, Rudolfus Verdensis episcopus, Thiedericus prepositus Traiectensis, Ludewicus dux Bawarie, Conrradus<sup>h</sup> marchio de Landesberc, Conrradus<sup>h</sup> dux Spoleti, Albertus comes de Werningerode, Albertus de Droiz, Marquardus senescalcus marchio 10  
Ancone et dux Rauenne, Henricus pincerna de Lutra et alii quam plures.

x Signum domini Henrici sexti Romanorum imperatoris invictissimi et regis Sicilie. x (M.)

Ego Conrradus<sup>h</sup> Hildenseymensis episcopus imperialis aule cancellarius uná cum domino Gualterio Troiano episcopo et regni Sicilie cancellario recognovi. 15

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo<sup>i</sup> septimo, indictionis quintedecime, regnante domino Henrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius vicesimo octavo, imperii vero septimo et regni Sicilie tercio; data in Linaria quinto kal. augusti.

(SP.4.)<sup>j</sup> 20

### BB 603

*Heinrich bestimmt auf Bitten seines Getreuen **Rüdiger** von **Lauenburg**, daß die Erben der Smurden (szmüili) und Hieen (hien) im Amt Waldau an der Saale und in den Ämtern des Hezelin und des Friedrich von Frohse nach dem Vorbild jener von Jesar den Meiern als Todfallabgabe nicht wie bisher die gesamte Habe des Verstorbenen, sondern nur vier Schillinge entrichten sollen.* 25

*im Wald Linaria, 1197 Juli 29.*

*Original in Magdeburg, Landeshauptarchiv Sachsen-Anhalt, Abt. Dessau, Z 1, n° 77 (A).*

*Stumpf, Acta ined. 293 n° 207 aus A. – Heinemann, CD. Anhalt. 1, 532 n° 719 aus A. – Toeche Reg. 479. – Stumpf Reg. 5072. – Goern – Wäscher – Grosse, Lauenburg 58 Reg. – Clementi Reg. 122. – B.–Baaken Reg. 603.* 30

*Die im Original teilweise durch Lücken zerstörten Stellen wurden nach einer Abschrift des damals noch besser erhaltenen Originals im alten Apparat der Wiener Diplomata-Abteilung ergänzt. – Bis auf das Datum, das H 14 hinzufügte, von Empfängerhand geschrieben.* 35

*Zu dem Dorf Frohse und der Wüstung Jesar vgl. Bily, Ortsnamenbuch des Mittelbegebietes 167 und 201. – Zur sozialen Stellung der Liten vergleichbaren Smurden (hier szmüili), abhängigen slawischen Bauern, vgl. Kötzschke, Sozialgeschichte der Westslaven 35–38 und Schlenker, Bäuerliche Verhältnisse 40 f., 47 und 92, zu den Hieen genannten Hörigen Schlenker a.a.O. 40 f. und Deutsches* 40

BB 602    <sup>g</sup> erster Schäft des u aus c verb.    <sup>h</sup> A    <sup>i</sup> A statt nonagesimo    <sup>j</sup> an grün-blauer, geflochtener Seidenschmur.

*Rechtswörterbuch 5, 944 § II, 1. – Zur Geschichte der im Harz gelegenen Lauenburg, die als welfischer Allodialbesitz offenbar durch welfische Ministeriale verwaltet wurde, in staufischer Zeit vgl. Goern – Wäscher – Grosse, Lauenburg 46–49. Rüdiger von Lauenburg ist sonst dort nicht nachgewiesen.*

H(einricus) dei gratia Romanorum imperator et semper augustus et rex Sicilie omnibus in Christo fidelibus salutem et omne bonum. Noverit omnium discretio legentium [has] litteras, quod pro amore omnipotentis dei et petitione f[idelis] nostri Rudengeri de Leuuenberc [szmüil]orum et eorum, qui dicuntur h[ien], de officio de Waldale et de officio Hescelini et de officio Friderici de Frose, rigorem iuris sui relaxavimus statuentes eis talem iusticia[m], qualem habent szmüili et illi, qui dicuntur h[ien], de] Ihesere, scilicet, ut qu[icum]que morer[etur], [heres persolvat villico] quatuor [sol]id[os]. Prius enim villici o[mn]em substantiam eorum accipiebant, quod videbatur nobis miserabile. Unde com[p]atientes talem impendimus humanitatem eis et posteris eorum, ut heres persol[va]t predicto villico I[III] solidos et cum ceteris bonis in pace permaneat.

Dat.<sup>a</sup> in Sicilia in silva Linaria<sup>b</sup> anno domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>XVII, indictione XV<sup>a</sup>, IIII kal. augusti<sup>a</sup>.

(S.P.D.)<sup>c</sup>

#### BB 604

*Heinrich bestätigt auf Bitten des Abtes Helmwig von Selz und des Markgrafen Hermann von Baden einen zwischen diesen abgeschlossenen Vertrag über die Vogtei des Klosters **Selz**.*

Linaria, 1197 Juli 31.

*Original in Karlsruhe, Generallandesarchiv, A 155 (A).*

*Würdtwein, Monasticon Palat. 4, 83 n° 30. – Dümgé, Reg. Badensia 154 n° 112. – Bresslau, Diplomata centum 72 n° 50, alle aus A. – Toeche Reg. 480. – Stumpf Reg. 5073. – Fester, Reg. Markgrafen von Baden 1, 14 n° 148. – Clementi Reg. 123. – Diestelkamp – Rotter, Urkundenreg. 462 n° 594. – Bornert, Monastères d'Alsace 1, 72 n° D 40 Reg. – B.–Baaken Reg. 604 (vgl. Nachtr.).*

*A ist durch Faltung und Risse im Pergament mehrfach beschädigt, doch läßt sich der Wortlaut des Textes eindeutig feststellen. Längere Ergänzungen wurden in eckige Klammern gesetzt. – Geschrieben wohl von einem Selzer Mönch, dem Bannasch, ZGORh 117 = N.F. 78, 128 f. Anm. 137 und Zinsmaier, DA 36, 206 auch die beiden unten erwähnten Vertragsurkunden des Markgrafen Hermann von Baden und des Abtes Helmwig von 1197 April 12 sowie die Pfandurkunde des Abtes von 1197 zuweisen wollten; vgl. aber Schwarzmaier, Selz 271. Die Zuschreibung erscheint jedoch problematisch. Auf den Empfänger dürften auch das kanzleifremde Diktat und die in der Kanzlei ungewöhnliche Datierung anno verbi incarnati zurückgehen. Die Übereinstimmung mit den beiden Vertragsurkunden wurde durch Petitsatz gekennzeichnet.*

*Über die Verpfändung der Klostersvogtei hatten Markgraf Hermann und Abt Helmwig am 12. April 1197 zwei gleichlautende Vertragsurkunden ausgestellt (Karlsruhe, Generallandesarchiv, C 110 und 111; ed. Mone, ZGORh 6, 423 bzw. Würdtwein, Monasticon Palat. 2, 96 n° 14 Teildr.), in denen vereinbart worden war,*

**BB 603** <sup>a</sup> Dat. – augusti mit hellerer Tinte, stark verblaßt; vgl. Vorbem. <sup>b</sup> r wohl aus Mittelschaft verb. <sup>c</sup> rot-gelbe Seidenfäden erhalten.

einen Boten zum Kaiser nach Sizilien zu schicken, der dessen Zustimmung einholen sollte. Ohne diese sollte die Verpfändung rückgängig gemacht werden. Die kaiserliche Zustimmung war nötig, da der Markgraf die Vogtei vom Kaiser zu Lehen hatte; vgl. dazu Bannasch a.a.O. 128–130 und Bornert, Seltz v.a. 234 f. und 253. Um die Pfandsomme aufzutreiben, mußte der Abt Einkünfte des Klosters verpfänden; vgl. seine Urkunde von 1197 (Karlsruhe, Generallandesarchiv, C 112; ed. Mone, ZGORh 2, 41). Zur Vogtei des Klosters vgl. Bornert, Monastères d'Alsace 1, 50 f., zu den Markgrafen von Baden als Selzer Vögten vgl. Fester, Reg. Markgrafen von Baden 1, 13 n° 147 und Schwarzmaier a.a.O. 261–277. Vgl. auch Seiler, Territorialpolitik 213 f.

5

10

x Heinricus x dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie omnibus, ad quos presens pagina pervenerit, tam posteris quam presentibus salutem et omne bonum. Frequens rerum permutatio hominumque facilis oblivio perswadet, ut ea, que geruntur \* in tempore, ne sequantur naturam temporis, vividum debeant scripture memoria sumere firmamentum<sup>a</sup>. Innotescat igitur presentibus et posteris, quod fidelium nostrorum Helnwici abbatis de Salsa et Hermanni marchionis de Baden precibus inclinati omnem inter eos factam compositionem<sup>1</sup> super advocatia loci Salsensis, qua idem a nobis marchio cognoscitur infeudatus, per assensum nostre clementie confirmamus ac, ne in posterum ab ullo hominum infringatur, sub intermi[nation]e maiestatis imperatorie firmiter inhibemus statuentes<sup>b</sup> iuxta partis utriusque condicionem, [ut pre]d[ictus] abbas<sup>b</sup> eiusque successores<sup>c</sup> memoratam cum omni suo iure advocatiam in sua tamdiu [reti]neant potestate, quoadusque<sup>d</sup> debitam sibi a prefato marchione ducentarum pecuniam marcarum sine diminutione<sup>e</sup> recipiant medioque tempore neque marchio nec suorum aliquis heredum sepedictam advocatiam<sup>f</sup> pro maiori pecunia quoquam presumant alienare vel ullatenus obligare<sup>g</sup>, sed \* si \* de sua eam potestate penitus voluerint exheredare, \* ad nullius \* nisi \* abbatis aut cenobii Salsensis \* dominium<sup>h</sup> aliquo modo valeant obliquare. Ut autem hec nostra concessio illorumque condicio rata in posterum ac inconvulsa permaneat, \* nostro sigillo fecimus hanc paginam \* insigniri et presentis scripti patrocini communiti.

15

20

25

Dat. apud Linariam anno verbi incarnati M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>VII<sup>o</sup>, II kal. augusti.

(SP.D.)<sup>i</sup>

30

## BB 605

Heinrich gibt dem Marschall **Heinrich** von **Kalden** und seinen Erben, insbesondere wegen seiner tapferen Unterstützung im Kampf gegen die Verschwörer bei Paternò, die genannten Güter, Vogteien, Zehnten und Kirchen mit allen Rechten zu Lehen.

im Wald von Linaria, 1197 August 3.

35

Abschrift von 1444 einer Abschrift vom Anfang des 13. Jahrhunderts mit deutscher Übersetzung im Pappenheimer Urbar in Nürnberg, Staatsarchiv, Herrschaft Pappenheim, Salbuch n° 10, f. 41 (C). – Vidimus des Abtes Ulrich von Kaisheim von 1580 September 19 ebenda, Herrschaft Pappenheim, Urk. sub dato (D). – Abschrift von etwa 1600 ebenda (E). – Handschriftliche Korrekturen in b von 1576 nach dem Original; vgl. Vorbemerkung (F).

40

**BB 604** <sup>a</sup> zweites m durch Faltung beschädigt <sup>b</sup> durch Faltung stark beschädigt <sup>c</sup> u durch Faltung beschädigt <sup>d</sup> a durch Riß beschädigt <sup>e</sup> n durch Riß beschädigt <sup>f</sup> m durch Riß beschädigt <sup>g</sup> i durch Riß beschädigt <sup>h</sup> um durch Riß beschädigt <sup>i</sup> zwei tief eingerissene Einschnitte in der Plica.

**BB 604** <sup>1</sup> zwei gleichlautende Vertragsurkunden Markgraf Hermanns und des Abtes von Selz von 1197 April 12; vgl. Vorbem.

*Bappenheim, De origine c. 75, f. [49] wohl aus C (b), deutsche Übersetzung XCII. – Lazius, De gentium migrationibus 566 = ed. II. 566 = ed. III. 450. – Crusius, Ann. Svecici 1/2, 525 wohl aus C. – Lünig, RA. [22], 814 n° 1. – Klohs, Heinrich von Kalden 47 aus D = Pappenheim, Reg. 103 n° 1 und 5 n° 127 Reg. – Kraft, Urbar 81 aus C = Pfisterer, Heinrich von Kalden 28, = Fried – Lengle, Schwaben 266 unvollst. – Toeche Reg. 481. – Stumpf Reg. 5075. – Goerz, Mittelrhein. Reg. 2, 222 n° 804. – Clementi Reg. 124. – B.–Baaken Reg. 605.* 5

*Unter derselben Signatur wie D befinden sich in Nürnberg neben E zwei weitere undatierte Abschriften, die sämtlich offenbar ebenso von D abhängen wie die Wiedergabe durch Friedrich Oefelin in seiner Historia Calatino-Bappenhemiana von 1623 (Württembergische Landesbibliothek zu Stuttgart, Cod. hist. 2° 314, p. 125). C ist die Abschrift eines Urbars über die Besitzungen Heinrichs von Kalden, das wohl nach seinem Tod 1214 angelegt wurde; vgl. Kraft a.a.O. 70–81. Die bei Baaken als C bezeichnete Abschrift von 1560 ist im Staatsarchiv zu Nürnberg derzeit nicht zu ermitteln.* 10

*Ein Exemplar von b in der Bayerischen Staatsbibliothek zu München (2 Geneal. 130 o) enthält zahlreiche sehr sorgfältige handschriftliche Korrekturen des Veit zu Pappenheim (1535–1600) von 1576 nach dem Original mit teilweise besseren Lesungen der Eigennamen, die für die Texterstellung verwendet wurden (F).* 15

*D bietet vor allem bei der Wiedergabe der Namen vielfach den besten Text. – Unwesentliche Varianten blieben im Anmerkungsapparat unberücksichtigt. – Auffällig ist es, daß die Überlieferung E nach Friedrich von Schauenburg einen weiteren Zeugen, Iohannes de Kinsek, nennt (Anm. am), was aber wohl aus einem Versehen des Kopisten zu erklären ist.* 20

*Laut einem heute nicht mehr vorhandenen Repertorium von vor 1721 befand sich das Original damals noch in Pappenheim (Pappenheim, Geschichte 29, vgl. Kraft a.a.O. 83 Anm. 22).* 25

*Das Diktat ist kanzleigemäß und dürfte H 2 zuzuschreiben sein. Auf ihm deuten besonders die Parallelen zu den von ihm verfaßten Arengen der DD.[579 und 609] sowie das Epitheton potentissimo in der Datierung hin.* 30

*Zu Lage und Umfang der reichen Schenkung vgl. Keupp, Dienst 200–202, Schwackenhofer, Reichserbmarschälle 74–76, Kraft a.a.O. 61–69 und Pappenheim, Geschichte 28. – Vgl. auch die Vorbemerkung zu D.[606].*

*Nach neuzeitlichen Berichten war die Urkunde mit der kaiserlichen Goldbulle beglaubigt; vgl. Anm. br.* 35

